

Hermann Schuckmann Franz Wilhelm Ramshausen von

Askma Akadmikon De Vitae Termino Seu Hora Mortis Humanae


Rostochi[i]: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740019767>

Druck Freier  Zugang



R. U. Med. 1660
Hermann Schuckmann
Verf.: Franc. Wilh. v. Ramshausen



ΑΣΚΗΜΑ ΑΚΑΔΗΜΙΚΟΝ
DE

32

VITÆ TERMINO

SEU

HORA MORTIS HUMANÆ,

Quod

Σὺν Θεῷ ἀποβλέπων καὶ ἀορίστῳ

*Consensu Ampliſſimæ Theologica Facultatis,
In Illuſtri Varo-Balthica Univerſitate,*

SUB PRÆSIDIO

Viri perquam Reverendi, Excellentissimi, Amplissimi,

DN. HERMANNI Schuckmann/

Doctoris Theologi & Profesoris Pu-

blici Senioris, itemq; Ducalis sacri Synedrii

Asseſſoris gravissimi, meritissimi,

Dn. Præceptoris, Promotoris, Patroni,

ac in CHRISTO Patris, sanctè

pièq; colendi,

*publicæ τῶν Θεολογικῶν συζητησῶν excutien-
dum committit*

AUTOR & RESPONDENS

FRANCISCUS WILHELMUS

von Ramshausen/


Quakenbrugâ-Westphalus,

Ad diem XXV. Augusti, horis antemeridianis

In Academiâ Majori.

ROSTOCHI,

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ. 1660.



VIRIS Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimis, Prudentissimis, Spectatissimis,
Dnns. Burgmannis, Senatoribus & Secretario
laudatissimæ, Guelfhalicæ Ora, Civitatis QUAKENBRU-
GENSIS, Dominis Patronis, respectivè Parenti, Promotoribus ac Fautoribus
meis, singulari observantiâ amplectendis, honorandis,

Evangelium non evangetizans!

Anus jam agitur, & quod exarrit, Nobilissimi, amplissimi, Consultissimi, Prudentissi-
miq. Domini, cum desideratissimū Fratrem meum Christoph. Hermannum b. w. Ro-
stochi præmaturâ morte ademptū, non sine ingenti cordolio deploravi, Cuius vitæ periodum si
ampliore Deo cōcessisset, aliquando vestre Republicæ emolumento esse potuisset, præsertim
eum Laboribus Academijs fere exantlati, Eum tandem sudorū sui fructus collecturū, certa jam
spes erat. At DEI plerūq. supra captū nostrū sua consilia dispensantis Decretum, hūc in extero
solo florentis ejus vitæ terminum posuit, atq. ibi, inter alias, quæ circa beatū illius ex numero
mortalitū discessum hætenus subortæ sunt, cogitationes, & hæc imprimis de vitæ nostræ Ter-
mino, quâ ratione Deus hanc nobis ab æterno præstituerit, obvenit, ita, ut in illam materiam,
scitu necessariam & perutilem, collatis Theologorum ac Præceptorum nostrorum Sententijs,
aliquid temporis collocarem. Postquam igitur deorū illorum informatione ex Labyrinthū
ambagibus oductus, ad viam mentemq. sereniorē perveni, Disquisitione de vitæ Termino
concinnare, pijs ac prudentibus, quorum utiq. est futura prospicere Ps. XC. 12. considerandam
sistere, eandēq. publico Eruditorū examini submittere, placuit. Hanc ipsam verò d. d. x. c. lxxv,
ut vestris Nobilissimis, Amplitudinibus ac Dignitatibus sacrām juberem, non ana mo impulsit
causa. Scitis enim, non solam Parentem meam pl. venerandam Dn. Bodinam, quem Spe-
ctabilis vestri confessus Senior em habetis, Sed & Avum meum honoratissimū Dn. Franci-
scum, p. m. olim nidei vestri Senatūs Seniorē bene de Republica vestra fuisse meritos &
adhuc mereri, vultūq. a vobis honorari. Quibus accedit tam benevolentia in Consan-
guineos, Affines ac Amicos meos in vestra civitate & toto ejusdem districtu conspicuos, iam
honesti omnia mihi demonstrata. Nec dubito, quin hunc, quem vestris Nobilissimis, Amplitu-
dinibus & Prudentissimis Dignitatibus offero, tractatulum, tanquam publicam beneficentiæ
vestræ *μνημόσυνον* ac præconium, meorumq. studiorum aliquale Symbolum, venerolâ men-
te amplexuri, frantēq. ser. nâ dignaturi sitis. Ego DEUM fontem omnis vitæ felicitis ex animo
precabor, ut Vos Patriæ Patres, cum tota Republica Quakenbrugenſi, quâ benignissimè re-
creare, clementissimè fovere, potentissimè tueri, & tandem salvari vitæ hujus termino
gratiosissimè vos beare dignetur. Valere in Domino, ac sapere illi,

qui, dum Vivit, constanter manet,

in cultu & observantiâ

Vestrarum Nobilissimarum Amplitudinum ac Consultissi-
marum Dignitatum

FRANCISCUS GUILIELM von Ramshausen/Autor

Scribēs in inclita
Academia Rostochi-
ensi. 12 Idus Augusti
Auno clō 1706 LX.



De Vitæ Humanæ Termino feu Hora mortis.

nes Joesy.



*Inter præcipuè controversa, quæ nobis cum Calvinianis intercedunt, non exiguum illud est, quod DE VITÆ TERMINO, nõ sine ingenti partium contentione in Theologia controversa, (quam Academicã vocant) moveri & agitari solet, dum homines nimium ingeniosi, audacter scribunt, dicuntq;: DEUM decreto simpliciter absoluto, omnia futura, prout fiunt adveniunt, unicuiq; ab eterno prædeterminasse, circumstantiasq; omnes, tempus, locum, ac modum quo fieri debuerint, simpliciter ac inevitabiliter præstituisse, unò verbò: singula singulis deputasse; Atqui sic etiam horam mortis feu vitæ terminum, absolutã necessitate irremutabilem ac planè fatalem cum omnib; circumstantiis unicuiq; mortalium præordinasse, ita ut, quæcunq; etiam homo adhibuerit media, nullã sive pietate, sive impietate, s. curã s. incuriã, s. temperantiã s. intemperantiã, petulantia, violentiã &c. præstitutus vitæ finis vel amplificari vel anticipari, protrahi vel contrahi possit. Quæ doctrina, num consentiat Scripturæ S., an verò dissentiat ab hac ut normã & regulã fidei, & sic num amplectenda, an rejicienda sit, ubi Scripturam S. ducem sequuti, ipsum in eã judicem Spiritum Sanctũ, cui recta ratio & Experientia adspulatur, veritatis indaganda s. investiganda gratiã, consultiũ audierimus, hæc convepyrt & videbimus. Quamvis autem materia hæc de vitæ Termino, cu tũ Buth lateat, nec adeo facile per scrutabilis sit, non in. à sa-
name.*

na meditatione desistendum, sed potius, rei gravitate calcari ad-
dente cunctibus, in id emittendum sedulo, ut ubiq; queratur & eruatur
veritas. Proinde rem arduam aggressuri, ne diffusa contro-
versiarum mole obruamur, certa progrediemur methodo, &
totam nostram qualemcumq; peractibus continebimus, tribus distin-
ctis Sectionibus, quarum I. explicabitur incomplexa seu Terminos,
quorum in nostra hac Exercitatione crebrior usus, ut sunt: Vita,
Mors, Terminus, Fatum, Necessitas, & Contingentia. II. exhibe-
bitur complexa b. e. e. terminis necesse certas Enunciationes, seu
propositiones ad Questionem principalem deducentes, nempe
a. Dari Terminum vite. β. posse prolongari. γ. posse decurtari
δ. Deum scire s. prescire certo ac infallibiliter futurum ε. non
dependere a prescientia ut causa necessitante Terminum vite.
Et sic porro ad nostrum Scopum, seu Questionis caput promove-
bimur Sect. III. qua ostendet: Terminum vite certum, cuiq; ho-
minum divinitus esse constitutum, non decreto absolutò, aut ne-
cessitate auctò fatali (a priori sc.) sed decreto respectivo in or-
dine ad naturas & mores hominum conditionatò.

Tu verò infinite Deus, (a) qui nullum agnoscis vitæ
Terminum, sed ipsa (b) vita es, ipsa perennitas, ipsa sta-
bilitas (c), ipsa immortalitas, fac rectè nos considerare
(d) brevis nostræ ac fragilis vitæ Terminum!

(a) Pl. 102, 28. Exod. 3. Apoc. 1. (b) Jos. 3, 10. Deut. 32, 40. Pl. 36, 10.
Joh. 14, 6. Jac. 1, 17. (c) Ezech. 33, 11. Dan. 6, 27. 1. Tim. 6, v. 16.
(d) Plal. 39, v. 5 & 6. It: Pl. 90, v. 12. &c.

SECTIO I.

THESSIS I.

Acturus, occasione natâ sub tempore, de Termine Vitæ, & hic ex
sacri Codicis ipsiusq; adeo Spiritus Sancti authoritate, rectæ que-
rationis & Experientiæ consensu, cum Orthodoxis asserturus: Vita Ter-
minum, quamvis is unicuiq; mortalium a Deo omnia ab eterno presciciente certo

AC IN-

ad infallibiliter sit praestitutum; non tamen ex decreto ἀπλῶς & absolute fatali, nec omni causarum respectu remoto, sed sub conditione ac suppositione praestitutum, intuitu scilicet causarum secundarum, Physicarum & voluntariarum s. moralium; Non abs re fore arbitror, si in antecessum plenioram quandam praecognitionem (quam Θεωπρόχρησιν γνάσιν vocat Philosophus) praemittamus, nempe Terminos crebro hic occurrentes explicaturi, & ab ambiguitatibus (declarationis ac evidentioris demonstrationis gratia) liberaturi. Quales, ut ante dictum, hi potissimum sunt: Vita; Mors; Terminus; Fatum; Necessitas & Contingentia.

Th. II. VITAE vocabulum πλῆθος est, variisque modis sumitur tam apud Theologos, quam Philosophos. A Theologis considerata vita, tribuitur tum Creatori, tum etiam Creaturis. Creatori (Deo) competit καὶ ἐξοχλῶ, qui solus ἀπὸ τῆς ὁμοιοῦς ipsa vita est Joh. XI, 25. I. Joh. V, 20. & vitam in se habet ac nobis incomprehensibili modo in se ipso habet, quae est omnis essentiae divinae actuositas & perfectio, ita ut in se & ex se ipsa, vi agendi movendiq; polleat, aliisque agendi vim communicare possit Psal. XXXVI, 10. Act. XVII, 28. Unde nullo modo potest desinere, & mori, quem ad modum animalia per solutionem animae & corporis pereunt, morteq; permutantur, siquidem nullus in Deum cadit vitae Terminus, Dan. VI, 27. Ipse permanet vivus sicut est, & anni ejus non habent finem Psal. CII, 27. 28. I. Petr. I, 23. Cognovit & hoc est Natura Aristoteles, quando libro II. de caelo cap. 3. r. 17. p. m. 630. dicit: ὅτι ἐνέργεια, ἀθανάσια, τὸ ἐν ᾧ ὅτι ζωὴ αἰδίου. ὡς ἀνάγκη τῷ θεῷ κίνησιν αἰδίου ὑπέχειν. Plura de hac acceptione vide sis Meib. tr. de Verbo Dei vivo cap. III. pag. 85, 88, 90. Item accuratissimi Philosopho - Theologi D. D. Gofmanni Colleg. Evang. Dom. Quasi: Creatura assignata vita est vel naturae, quam & animale, vocat Paulus I. Cor. II, 14. c. XV, 44, 45, 46. vel Gratiae, qua homines in hoc mundo Spiritu & verbo divino vivificantur I. Petr. I, 23. ac fiunt viva corporis Christi (mystici) membra. Ephes. V, 30. vid. Harm. Evang. D. Althoferi p. m. 129. vel denique Gloriam, qua animam cum corpore rursus unitam, vivet homo in aeternum Joh. III, 16. Philosophus sumitur vita (1) φυσικῶς naturaliter. 2. πνευματικῶς spiritualiter. 3. ἠθικῶς moraliter. 4. πολιτικῶς civiliter. 5. οἰκονομικῶς domesticè. vid. Excell. Physicum Sperlingium πὴν μακαρίτη, tract. de form. hominis in utero cap. VII. p. m. 131, 132. Nos vero h. l. non

intelligimus vitam s. mortem consideratam Pnevmatologicè s. Spirituali-
ter, de qua D. Klotzius in Theol. nat. p. 646. , *Non Ethicè*, bonis vel pra-
vis moribus constantem. De qua Comicus in Adelph. *inspicere te*
tanquam in speculum in vitas hominum jubeo. Nec Politicè s. civiliter, se-
cundà vel adversà sorte ac statu diverso aestimatam, de qua Plautus in
Persa loquitur; *ne tibi hodie vitam bonam feci. Act. 4. sc. 8. Multo mi-*
nus Oeconomicè s. domesticè in excessu vel defectu victus, æris, aliorumq;
requisitorum œconomicorum consistentem, quo spectat hoc Comici,
quod habet in Trinum. Act. 2. sc. 4. *Nihil tibi concedo de vita. i. e. de*
victu meo. Vide .I Cor. IX. v. 14. & Matth. IV, 4. Referri etiam huc
potest ambiguitas verbi vivere, in illo Aristotelis l. Physic. c. t. cum di-
cit: Multi tam vivere desinunt, tam vivere incipiunt. Ubi prius vivere na-
turale est, posterius a. per sapere recte explicat Guatzus in civ. convers.
Sed intelligimus hic vitam Physicam s. naturalem hominis animà rationa-
li cum corpore unità constantis, eamq; propriè ac strictè sic dictam, ad
excludendam vitam ἐπιτάτῃ sumptam improprie. Quemadmodum
autem variaz apud Philosophos in specie Physicos occurrunt vite acce-
ptiones, ita ut αἰτιολογικῶς s. causaliter animæ, ὑποκειµένως s. subjektivè
corpori, dispositivè s. instrumentaliter calori naturali, conservativè de-
niq; s. materialiter humido radicali tribuatur; Sic quoq; variaz leguntur
ac inveniuntur Descriptiones, dum aliter à causa definitur ab Aristot. l.
de Respir. c. 18. p. m. 15 15. ζωὴ ὅτιν ἡ μόνη τῆς ψυχῆς θρεπτικῆς σὺν τῷ
θερµῷ, mansio s. duratio animæ vegetantis cum calore. Vel uti habet
vulgaris illa, à causa efficiente sumpta, definitio: Vita est copulatio animæ
cum corpore facta beneficiò caloris. Aliter ab effectu vitali, ut libr. II.
de anima c. 1. t. 3. ζωὴ λέγοµεν τὴν δι' αὐτῶν τροφὴν τε, καὶ αὐξάνειν καὶ
φθίνειν i. e. Vitam dicimus, quæ per id ipsum fit, quod vivere dicitur,
alicionem, nutritionem, augmentationem, & diminutionem. Hinc vi-
ta nunc actum primum, nunc secundum significare videtur. Priori modo
denorat naturam & formã essentialiam rei viventis juxta Arist. l. 2. de a-
nima. c. 4. t. 37. τὸ ζῆν τοῖς ζῶσι, τὸ εἶναι θει; ipsum vivere viventibus
est ipsum esse. Posteriori vero modo dicit operationem vitalem ut loc.
cit. l. 17. de anima c. 1. Evolve, si habes, Colleg. Porismatologicum D.
Gosmanni Porism. L. Meissn. Phil. sibr. Sect. 1. cap. 11. q. 2. M. 2. p. 45.
Essentialem si quis desiderat definitionem, dari hæc potest: Vita est vis ac
facul-

facultas, quâ corpus animatum redditur aptum ad operationes vitales exercendas. Quam definitionem pluribus examinandam committimus discursui.

Th. II. MORS (cujus nominis etymologiâ & derivationem vid. ap. Joh. Gerhard. L. L. CC. tom. VIII. c. 1. C. 1.) Græcis dicitur *θάνατος* Johan. XII, 33. Aristoteli *τέλευτη* (quasi consummatio, s. vitæ terminus) lib. de Resp. c. XVIII. Sic Matth. X v. 22 vocatur *τέλος* h. e. mortalis & mundanæ vitæ terminus, & 28. dicitur *mors corporis*. Quotupliciter a. cum primis apud Philosophos sumatur patet præcedentibus de *vita*, cujus privatio est *Mors naturalis*, ubi enim vita desinit, ibi mors incipit. Ubi vitæ est finis s. Terminus; ibi mortis initium. Jam secundum notum cuius canonem: *Quot modis dicitur unum oppositorum, tot modis dicitur & alterum* Arist. I. Top. c. 13. Vid. D. Gerhard. Loc. Theol. Tom. VIII. tr. I. cap. I. à pag. 22. ad 29. Brochmandum, &c. Quantum ad descriptionem, quæ etiam ex oppositione vitæ colligi potest, nonnulli à *causâ* absentia, nonnulli ab *operationum* defectu mortem describunt. *Illo modo* mors naturalis dicitur solutio s. separatio vel discessus animæ à corpore. Uno de illud Pauli ad Philipp. I. v. 23. *Προθυμίαν ἔχω εἰς τὸ ἀπολῦσαι, καὶ σὺν χριστῷ εἶναι*. Luc. II. v. 29. *Νῦν ἀπολύεις τὴν ψαλὸν* inquit Simeon. I. Reg. XIX. v. 4. ait Elias: *Domine tolle animam meam*. Hoc v. modo describi potest, quod sit defectus operationum scil. alitionis, augmentationis & generationis. Nos magis convenientem damus hanc: *Mors naturalis*, est totalis privatio vitæ in vivente (*ἐν σώματι ἐμψύχῳ*) facta à dialysi animæ & corporis. Nam animâ absente tollitur vita, præsentem autem & permanente permanet. Hinc sapius vita (per Meton. causâ) à Philosophis ipsa salatur anima, vid. Philol. Sobr. Meisn. Sect. III. cap. VI. quæst. IV. m. p. 502. item Colleg. Paraphr. D. D. Gosmanni Paraphr. I.

Th. IV. TERMINUS, græcè *ἄρα* vel etiam *ἄραον* in plur: *πέρας* (quod voc: in Novo Test. legitur tantum in plur. num. undecies, notante Pasore in Lexic.) vel *ἄρασμα* à them. *ἄρα* termino, s. limites & metas pono, finio, definitio, Num. XXXIV, 2. Hebr. IV. 7. significat *stridit* limitem secernentem agrum ab agro, terram à terrâ, Jos. XII, 2. Act. XVII, 26. &c. late *verò* & per translationem, quemvis finem denotat seu quodvis extremum in quod hoc illudve compositum resolvitur. Sic in *Logica* Aristoteli (respectu propositionum & Syllogism.)

Term

Terminus ἡ δὲ ἐστὶν, εἰς ὃν διαλύεται ἢ ἀφαιρείται l. i. pr. Anl. c. 7. Eodem modo dici potest respectu hominis: in quod. ut extremum resolvitur homo. Job. XIV, §. 6. Psalm. XXXIX, §. 6. &c. *Ceterum Terminus in Physicis est vel à Quo, seu unde incipit motus, vel ad Quem, nimirum id, in quo, ut ultimo, motus desinit. Quæ posterior significatio hujus loci est, ubi circa Terminus vitæ humanæ, quò illa consummatur, impræsentiarum occupamur. Descriptionem & variam ejus acceptionem porrigam, cum Deo, Sect. II. Theorem. I.*

Th. V. FATUM quod similiter ἐκ τῶν πᾶσι ἀρχαῖς λεγομένων distinguitur, non ut genus in species, sed ratione objectorum, non in abstracto, sed in concreto, & ponitur quadruplex: (α) *Mathematicum* (Astrologorum, quo ex cœli & Syderum fluxu ac motu multa prædicunt, sed parum sibi constantia. (β) *Stoicorum* est simpliciter absoluta ac adamantina rerum omnium (ne quidem ipsò Deò ferreis causarum vinculis exemptò) necessitas. Ita Chrysippus ap. Gell. l. 6. c. 2. *Fatum desinit, ut dicat: esse sempiternam ac indeclinabilem rerum omnium seriem & eam tenam quæ semetipsam volveret & implicaret per æternos consequentiæ ordines, ex quibus connexa esset.* Huc spectat illud Poætæ:

Fata regunt orbem, certa stant omnia lege.

Ipsos quoq; Deos fato ac necessitati juxta opinionem illorum alligatos legimus apud Senecam de Provid. c. V. cujus verba huc refero: Quicquid est quod nos sic vivere jussit, sic mori; eadem necessitate & DEOS alligat. Ipse omnium conditor ac Rector scripsit quidem fata, sed sequitur. Semel jussit; Semper patet. Quod confirmat hoc Poætæ:

--- --- --- *Parens rerum* --- --- ---
Fixit in æternum causas, quæ cuncta coercet,
se quoq; lege tenens & secula jussa serentem
Fatorum immotò divisit limite mundum.

Confer, si plura desideras, Laërtium l. 7. in vita Zenonis, Ciceronem de Fato, de nat. Deorum, it. de Divin.; Boëtium 4. de Consol. Philosoph. citante Magnò Chemnitio P. I. Loc. Theol. IV. de creatione Cap. VI. de Provid. pag. (mih) 120. Quibus adjunge sis J. Lipsium l. de constantia I. Cum hoc Stoicorum fato consentit fatum *Calvinisticum*, quamvis non per omnia, prout Stoici de eo docebant, in clusione scilicet Dei, tamen in capite causæ, ratione scilicet inevitabilis & absolutæ necessitatis, in qua πάντων ταμίαν ἔργων ἐν θεῶν, consentiente Westerburgio in Epist. quad.

quad. ad Beverovicium) collocant, admittentes causarum nexum immutabilem, quæ ad eventus suos volvuntur necessario. Quid hoc aliud est, quam fatum Stoicum revocare? nam posito isto, quod fingunt, in omnibus absolutio Dei decreto, inducitur rebus necessitas absoluta, cum quæ libertas consistere nequit. Sed de hoc fusiùs alibi.

(γ) *Physicum s. naturale* quod consistit in ordine ac serie causarum naturalium, effectus suos infallibiles inferentium. Quod enim ex ejusmodi causarum concursu necessario provenit in natura, id provenire fatò dici solet; ut fatò Sol illuminat, ignis urit, aqua humectat &c. *Vid. D. Klotz Theol. nat. Disp. XVI. th. 5. p. 834.* Sic cum quis naturaliter ex morbo, dissipatio corporis temperamentò, moritur, naturà seu fatò obisse dicitur. Unde & Aristoteles fatum idem esse, quod naturam videtur voluisse, cum in V. Physicæ Auscultationis libro, eas quæ secundum naturam fierent, generationes, fatales appellavit.

(δ) Deniq; *Theologicum s. Christianum* (quod græcè *θεολογικόν* dicitur Ephes. I. v. II.) est dictum, jussum, volitum ac decretum Dei certò modò cum creaturis agentis, & versatur circa omnes rerum eventus, consistens in præcipiendo, agendo, permittendo & determinando. Seu ut brevius Pl. Rev. Amplis. D. D. Præses, in colleg. Theol. nuper divinâ gratiâ absoluto, Loc. de Prov. th. XI. *Decretum Dei*, (dictum aliàs fatum) *reipsâ nihil aliud est, quàm voluntas certi quid sibi propositum & secum constitutum habens.* *Dictum* appellatur, si locus derivationi, quæ fatum à *facendo*, seu à participio potius *factum* descendere, Romanæ linguæ Doctores, Priscianus, item Varro lib. 4 de ling. Lat. statuunt, à quibus nec Lexicographi dissentiunt, ut Calepinus, quem sequitur Faber. &c. *Jussum* dicitur, quia quod Deus dicit, illud *jubet*, quod jubet, illud *vult*, quod autem vult ac decernit, illud *fit*, juxta Pl. XXXIII. v. 9. *ipsò (Jehovah) dicente, est quicquid est: ipsò præcipiente existit.* vid. D. D. Mauritii Exerc. Calv. D. Klotz. libr. Disp. cit. p. 138. & seqq.

Hoc, de quo potissimum hîc agitur, *Theologicum Fatum* seu *Decretum* *ναὶ αὐτῶν θεῶν* distinguitur (1) vel *ἐπινοήσας*, in *se* & *ratione* sui i. e. entitatis, vel *ἐνεργητικῶς*, in *operationibus* ad extrâ respectu objectorum seu creaturarum, quatenus ad cas terminatur. vid. Christian. Matthiæ Colleg. antiphot. II. Exerc. III. th. 24. *Illò modò* est ipsa Dei essentia, quavis à nobis ut proprietas consideretur. Et hîc valet quod extat Malach. III. v. 6. *Ego Deus sum & nõ mutor.* hinc Esa, XLVI. 10. *consilium i. e. decretum meum stabit; Hoc v. modo* ab ejus essentia distingui-

B

cur,

eus, estq; liberum Psal. CXV. v. 3. Ephes. I. v. 11. κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ
 ματ & αὐτῶν operatur Deus. (2) Est vel *antecedens* vel *consequens* Illud
 adhuc impediri potest; Hoc v. minime. Vocatur autem *consequens* re-
 spectu hypotheseos voluntate Dei conclusæ, quæ si subsequitur, dicitur
 consequens, ut actu mori, vel actu vitam terminare: (3) Idem Decre-
 tum erga nos est vel *arcanum*, quò Deus statuit aliqua efficere, quæ nos
 latere voluit sibi cognita Act. I. v. 7. vel *revelatum*, quo nobis ea, quæ
 salutem nostrâ concernunt, patefecit & expressit Act. XX, 20. I. Thes. I.
 IV, 3. (4) est vel *absolutum* tam latè patens quàm potentia, vel *conditio-*
natum respectu conditionis & ordinis. Illud est quo, quæ Deus vult, fiunt
 ἀπλῶς & simpliciter absq; ulla conditione aut suppositione (præsentis
 futuri, nam quis eius voluntati resistat? Rom. IX, 19. quo dicente & jubon-
 te omnia fiunt, imò existunt Pl. XXXIII, 9. Hoc v. est quo Deus certa con-
 ditione præstandâ suppositâ aliquid vult aut non vult, Jer. XXVIII, 15, 16.
 Matth. XXIII, 37. Act. XXVII, &c.

Th. VI. NECESSITAS hic intelligitur non indigentia, nec violentia,
 nec expedientia, sed immutabilis convenientia, cujus formalem conce-
 ptum Philosophi generatim cum Principe Philosophorum 4. Metaph.
 c. V. it. 7. Rech. dicente: ἀναγκάειν ἐστὶ τὸ μὴ εἶναι ἄλλῳ ἢ ὡς ἔχειν,
 ponunt in hoc, quod sese aliter habere non possit, non tñ. præcise in *immut-*
abilitate, siquidem non omne necessariū statim est immutabile, ut nec
 omne, cō-ingens statim est mutabile, aut variabile, quod patet imprimis
 de Deo, qui ex summa liberrate agit Pl. CXV, 3. Eph. I. nec tamen ullo
 modo mutatur per suas actiones Malach. III, 6. Jac. I, 17. Dantur quoq;
 contingencia V. C. Decreta divina, quæ suo modò contingencia sunt, non
 tamen in se mutabilia. Nec in *invariabilitate*, cō ipsò enim, quò rejicitur
 immutabilitas, removeretur quoq; invariabilitas, sic decreta divina sunt
 invariabilia & tamen contingencia seu liberrima. Vid. Petr. Musæi Theo-
 logi ac Philosophi Rintelenis Instit. Metaph. cap. 27. pag. m. 181. Scharff,
 Theor. transf. p. 679. & Metaph. p. 133. Plenius mentem explic. Disp. q. an-
 no 33. hab. Stat. Metaph. cap. 27. p. 202, imprimis vid. Fromm, Exercit.
 Metaph. libr. II, C. IX, præc. 3. pag. (mihi) 216. &c.

Distinguiamus autem, quantum ad propositū ζήτηματ & explica-
 tionem, (non enim instituemus hic justam doctrinæ de Necessit: tracta-
 tionem, quam Philosophis relinquimus) his modis: I. Necessitas est vel
absoluta vel *respectiva* & *conditionata*. vid. Chemnit. loc. Theol. part. I. l. V.
 de causa peccati c. 7. Arist. lib. Θ. εἰς μ. c. X. Absoluta est qua ens in se &

sua na-

ſua natura non poteſt non eſſe. h. e. aliter quàm eſt. Dicitur *absoluta* quod ſoluta ſit & libera in ſe ab omni prorsus mutabilitate & variabilitate, quæ aliquam hypotheticam neceſſitatem admixtam habeat. Eſtq; vel *à natura* & ſimpliciter talis, vel *natura* ſecundum quid. Illa eſt quæ nullo modo ſe aliter habere poteſt vel in eſſendo vel in attributis propriis. Quomodo ſolus DEUS *à natura* independens, Ens abſolutiſſimè neceſſarium. NB. Deus ſimpliciter neceſſarius dicitur in eſſendo, quat. in ſe ſe. ſenſu identico ſpectatur; non v. in operando, reſpectu ſcil. objectorum ſeu quæ agit ad extra liberè. Secundum illud eſt ens neceſſarium, uti dictum; ſecundum hoc liberriſimum. Neceſſitas *natura* ſi abſoluta eſt, quæ creatura neceſſaria juxta placitum conditoris ex præſcripto creationis & hinc proveniente immortà cauſarum coheſione, licet n. eſſe & non eſſe poſſit propter dependentiam à cauſa prima ſ. Creatore, à nulla tamen naturali cauſa concreata deſtrui poteſt. *Reſpectiva ſ. hypothetica neceſſitas eſt* quæ quidem non aliter ſe habet propter actum exiſtendi in ſenſu composito ſ. conjuncto juxta illud Philoſophi, lib. de Interp. cap. X. p. m. 16. τὸ εἶναι τὸ ὄν ὅταν ἢ, καὶ τὸ μὴ ὄν μὴ εἶναι ὅταν μὴ ἢ αἰεὶ γινῆ, omnia quod eſt quando eſt, neceſſario eſt. Conf. Stalii Reg. III. p. 10. Interim tamen in diſjuncto contingentiam habet admixtam, juxta poſitam conditionem & ſuppoſitionem, antequam determinatur ad certum aliquod ſubjectum ſeu ad unam contradictionis partem. Quod probè obſervandum contra abſolutos Doctores. Huc ſpectat nobilis illa diſtinctio *conſequentiæ & conſequentiæ*. Prior eſt iplius rei neceſſitas, quæ conſiſtit in eſſentiali cauſa & effectus dependentia, quando nimirum res ſequitur (exiſtit) ex cauſa antecedente neceſſaria. Vid. Jac. Martini Exerc. Metaph. Theor. VI. §. 7 Nam duo hæc conſiderantur, *cauſa & effectus*; Si utrumq; ponatur neceſſario, h. e. ſi effectus exiſtit neceſſario, poſitâ cauſâ neceſſaria. Unde fere coincidit cum acceptione priori, docente Scheiblero in Metaph. Lib. I. c. 18. tit. 4. art. 4. pag. mihi 238. *Posterior* v., quæ ex certis conditionibus ac ſuppoſitionibus inferitur, ubi conſequens non eſt neceſſarium, niſi ponatur antecedens, ſic tamen, ut tam hoc quàm illud ſit contingens & natura mutabile, V. G. neceſſe eſt Saulem interire, ubi proxima interitus cauſa efficiens meritoria, non erat Deus, ſed ipſe Saul I. Sam. XIII, 12. c. XV. c. XXII. c. XXVIII, 7, 8, & ſeqq. Hæ præcipuæ ſunt Neceſſitatis acceptiones.

Th VII. CONTINGENTIA (de qua Chemnitius Loc. Theol. P. 1. art. VI. de lib. arb. C. III. p. 173. Arist. l. pr. Anal. I. C. 2. Coll. Conimbr. tom. I. Logic. de interp. c. 8. p. m. 225. & seqq. Suarez. Tom. I. Disp. XIX. Sect. X. p. 461. &c. Sceibl. l. I. Met. c. 18. p. 223. &c.) hic prout *δυναμικὴ ἀπὸ τῶν αἰτιῶν* significat, opponiturq; Necessario, est, per quam res potest esse & non esse, s. aliter se habere. Ideoq; ante actualem existentiam (uti in natura sua ens est, nullò habitò respectu ad externam circumstantiam sæpè rem necessitantem) indeterminatè sese habet, ità ut produci, & non produci possit. Consideratur vel *in universali*, vel *in particulari*. Illo modo sumitur, qd. formaliter in abstractione ultima, notat conceptum contingentia generalè, Necessitati oppositum. Hoc v. modo, pro ente particulari, prout illud sese contingenter habet, h. e. naturà fieri & non fieri potest. Nam res quæ oritur ex causis & fit, est contingens ratione scil. *potentia*, quæ nullam admittit necessitatem, nisi positis & impletis conditionibus, non v. ipsius *actus* instantis, quatenus restricta jam est per certas hypotheses.

Cæterum spectatur contingentia tum *in essendo*, cujus essentia aliter esse vel se habere potest; tum *in operando*, qua liberè agentis operatio aliter sese habere potest. Sic Dei voluntariè ac liberrime agentis operationes, dici possunt contingentes, quia possunt esse & non esse. Videatur Philosophus & Theologus Sceiblerus libr. I. c. XVIII. Tit. ult. Adhæc alia est *Intrinsicæ* sic dicta ob principium internum indifferenter ac liberè agentis. Alia *Extrinsicæ* ob externum principium. *Illa* competit tum Creatori tum Creaturis & quidem ex parte effectus vel actus, nam causa, quæ dicitur libera, non statim ideo in essendo est contingens; *Hæc* tantum creaturis, quarum actiones sæpè impediri possunt. &c. Atqui sic præmissa s. absolutà *Terminorum* ideâ pergemus porrò ad complexa, propositiones s. enunciationes nonnullas, quibus probè cognitis facilior nobis via erit ad ipsam Quæstionis arcem. Est igitur

SECTIO II.

THEOREMA I.

Datur omninò Terminus Vitæ, qui describi potest.

Εὐδοκ.

§. 1. Quamvis non putemus, inveniri quendam sanæ mentis, qui
 negat *ἴσθηται* & hujus veritatem; attamen cum *ἴσθηται*, an sit, &
ἴσθηται quid sit præmittere bona jubear Methodus, idem & hic præmit-
 tendum duximus, ne *ἴσθηται* seu de fumo (ut ait Erasmus) disce-
 ptare videamur.

§. 2. Duo autem in hoc axioma expendenda veniunt membra:
 Primum est *Dari*, quod qui negat, consulat Scripturam, consulat ratio-
 nem, quæ dicet: omne generabile, corruptibile. Posito enim *non dari*
vitz Terminum s. *finem*, dic, quò abiret vita, nonne in infinitum? Sed ali-
 ud Experientia cottidiè testatur, hòc præsertim tempore, ubi multi suo-
 rum funera non sine summo cordolio prosequuntur.

§. 3. Alterum est *Describi*; quod fieri potest hòc modo: Termi-
 nus vitæ est ultimus cujusvis vitæ exitus, quem Deus *πυρροπλάσις*
 unicuiq; hominum constituit, sive is spectetur in ultimo complemen-
 to ut completus, sive in via ut incompletus, quòcunq; demum tem-
 pore fiat, quòcunq; genere, & quòcunq; etiam modò ille accidat.

§. 4. *Aliter* consideratur *ὡς πλάσις* sensu communi ac ordinario pro
 vitæ brevitate, quæ certo dierum ac mensium curriculo seu circulo in-
 clusa, & spatio exigui temporis circumscripta est, ita ut durare nec lemo
 per, nec diu admodum possit vita. Job. XIV, s. ubi simul de *ὀλιγοβιότητι*
 vitæ fragilitate ac fugacitate loqui Jobum, in summis afflictionibus ac
 tentationibus positum, apparet è contextu, h. e. antecedentibus & con-
 sequentibus. Unde Terminus vitæ Synonymicè dicitur periodus, sphaera
 spatium, durabilitas &c. *Aliter in particulari individuo & sensu restricto*
 i. e. *hic & nunc*, quando singulis individuis suæ complexionis Terminus
 præfinitus ac prædeterminatus est proprietatibus individuantibus, h. e.
 circumstantiis particularibus. Unde finis vitæ dici potest, hora mortis,
 momentum; vitæ durationem terminans,

§. 5. Terminus Vitæ aliùs est *Physicus*, aliùs *hyperphysicus*. Ille sit ju-
 xta cursum nature, respicientem ordinem causarum naturalium, mora-
 lium ac voluntariarù, quibus Deus ordinariè liberat agendi vires conce-
 dit, certumq; vitæ terminum ponit. *Hic* sc. supernaturalis s. divinus, re-
 spicit causas hyperphysicas, quibus DEUS O. M. præter extra & supra
 naturales causas, viis nobis planè incognitis, quandoq; operatur. Fitq;
 vel

vel *gratia* vel *ira* divina. Terminus, qui *ira* Dei imponitur, tantum decurtatur, juxta fulmen illud Davidicum Psalmi LV. v. 24. &c. Ille v. qui *gratia* Dei, vel contrahitur Sap. IV, 7, 8, 9. & seqq. vel extenditur Deur. IV, 40. Esa. 38. i. *Θεός τὸ ἐλάσσει σὺ μὲνον.*

§. 6. Notandum hic, Terminus hyperphysicum non esse simpliciter necessitante decreto absolutum, sed hypotheticum, respectu scilicet pietatis, vel impietatis, curæ vel incuriæ, usus vel neglectus mediocum à Deo constitutorum, Deus enim est justus Dan. IX, 14. justa sunt opera, viæ & judicia ejus Apoc. XV, 3. justò etiam modo ac ordine omnia vult fieri. Interim Deus quamvis *ordinarie* agat juxta *promissionem* qua pios ac morigeros vult *μακροβίους*; & *comminationem*, quâ impios Legisque transgressores *ὀλιγοβίους* vult; Jus tamen supremæ Majestatis sibi reservat, salvâ semper libertate suâ pro sapientiæ ac misericordiæ dispensatione. Dum non raro *extra & supra communem naturæ ordinem* multos ipsum timentes, maturè ex hac ærumnosa vita avocat (ob rationes s. manifestas nobis seu occultas) ne malicia pervertat intellectum ipsorum. Quippè grata Deo justî anima, propterea festinar eum tollere è medio improbitatis Sap. IV, 11, & 14. Esa. LVII, 1. & II. Reg. XXII. v. 20. Unde *matura* piorum mors luerum dicitur Phil I. v. 21.

§. 7. Porro spectatur Terminus vitæ vel *causaliter* à priori scilicet quatenus adhuc in causis latens, ad nullam oppositorum partem restringitur s. determinatur: vel *finaliter* à posteriori, prout in statu seu ultimo complemento extra causas tuas jam actu existit.

THEOREMA II.

Terminus vitæ, tam judicio Dei quàm hominum, extendi seu amplificari potest.

Ἐκ θεοῦ.

§. 1. Loquimur hic de V. TERMINO non *ἐπιγωμικῶς* à posteriori, quatenus scilicet in instanti jam actu existit, ita enim, quia est, necessario est; sed *ἀπολογικῶς* à priori, s. *προηγουμένως* antecedenter prout Deus, ut liberrimum agens, unicuique hominum liberam dedit voluntatem arripiendi vel vitam & vitæ longitudo, vel mortem & mortis accelerationem, pro uniuscujusque hominis placito vitæque, instituto libero (tamen si vires ad bene agendum spiritualiter ex seipso homo non habet). Vide clara

clara Scripturæ dicta: Deut. XXX. v. 15, 18 &c. *Ecce propono tibi VITAM & MORTEM, benedictionem & maledictionem, si impulsus incurvabis te honorem exhibens Diis alienis. Denuncio vobis hodie vos omnino perituros; non prolongabitis dies super terram. &c. Elige ergo VITAM, ut vivas. Idem reperies Ecclesiast. C. XV. v. 15, 16. Apposuit Dominus homini ignem & aquam, VITAM & MORTEM, quod placuerit, dabitur illi.*

§. 2. Addidimus tam iudiciò Dei quàm hominum, non sine causa, contra absolutos absoluti Terminum Patronos, Calvinianos, statuentes: humanò quidem iudiciò prolongari posse, sed non iudiciò divinò. Verum utriq; respectu fieri posse comprobamus evidentissimis Scripturæ dictis. Evolvatur locus Prov. X. v. 27. Ubi expressa habetur littera: *Timor Domini apponit (extendit) dies* Exod. XXIII, 26. *Numerum dierum implebo.* Deut. V, 16. I. Reg. III. v. 14. Prov III, 2. & C. IV, 10: *Percipe sermones meos. & sic multiplicabuntur tibi anni vitæ tuæ.* II. Cor. I. v. 9, 10, 11. Act. XXVII. &c.

§. 3. Ne excipias cù *ἰσχυροῦς* ex opinione nostra (humana) dicat hæc esse. Expende, quæso, *subjectum*, seu quis hic loquatur, nempe ipse DEUS, (Jehovah) qui est *vita nostra & longitudo dierum* Deut. XXX. v. ult. addè locum Exod. XX, 12. Ubi benignissimus Deus, parentum cultoribus tanquam *ἀντιπεπραγίας* præmium promittit *μακροβιότητι* h. e. temporaneæ hujus vitæ diuturnitatem. Eph. VI, 2, 3. *Τίμα τον πατέρα σου.* & v. 3. *ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ εἶς μακροχρόνιος.* *Ἐπὶ τῆς γῆς.* Plura desideras? Adjunge Cap. XXIII. v. 25, 26. Exod. quò Moles inculcat: DEUM velle hos qui ipsum timent longævus esse. *Si colatis ac timeatis Jehovah Deum vestrum, benedicti erit panis vestro & aquis vestris; & amovebo quemvis morbum è medio tui. Non erit abortiens aut sterilis in terra tuâ: Numerum dierum tuorum implebo.* Quid clarius esse potest? Ipse DEUS morigeris suis cultoribus lanam ac longævam vitam promittit, vultq; non tantum ut vivant, quamdiu ex vi temperamenti sui vivere possunt, sed etiam ut temperamentum reddatur lubinde melius, cum ex cibo, cui benedicturus est, cum ex dispositione aëris, cæliq; influentis, quæ magnas corporum alterationes causantur, ita ut viri debiles fiant sani ac *μακροβιοι*, fœminæ steriles, fœcundæ &c. Confer Annot. Bibl. D. D. Quistorpi, aliorumq;

§. 4. *Opponis*: Spiritum Sanctum promittendo *μακροβιότητι*, loqui-

loqui hominum gratiâ; quibuscum balbutire nonnunquam consuevit, more Patrum liberos ad obedientiam invitantium. Resp. Seria hic verissimi Dei cum conditione facta promissio, nulla hic affectata balbuties, Quid enim aliud est *balbutire* eô modô, quam aliter loqui ac putare, ne dicam mentiri? Jam si Deus *vita Terminum*, per te, absolute ab æterno decrevit, utiq; allegatis dictis promittit illud conditionaliter, quod sub conditione ac hypothesi promitti non potest, atqui sic Deum (qui tamen summe verax Rom. III, 4.) facis mendacem, quod absit! Deus infalibilis est & quod promissit præstat, nam promissio sine effectu vana est ac inefficax. *Instas*: Sæpe tamen Deum *balbutire* nobiscum in Scripturis, ut Nutricula cum infantulo suo, quando de divinæ naturæ atq; essentiæ majestate, de vitæ æternæ gloriâ, aliisq; sublimiorib; divinæ veritatis mysteriis loquitur. Resp. Positô, Spiritum Sanctum interdum *balbutire* (sicutâ dicendum) in iis rebus quæ sunt ὑπερ νοῦν, & captum nostrum longè superant, nobisq; adeo incomprehensibilia ac inenarrabilia sunt; non tamen procedit in iis, quibus Deus gratiosissimus promittit μακροβιότητα, quæ non excedunt captum nostrum, quæq; assequi facile possumus.

§. 5. *Regeris*: Jehovam promittere probis ac obedientibus vitam ampliolem, quia talem ampliolem immutabili decretô absolutô ab æterno prædeterminavit. Resp. σφόν Φάρμακον! sed ἀπερὸς θούουσαν & ἄλογον. Dicimus, decretum Dei absolute ac irresistibiliter necessitans, cum tali conditionali promissione stare non posse, quippe sic Deus sibi ipsi diceretur contrarius, quod absurdum! Connexionem probô: Si prolixior & longior vita simpliciter absoluto fatô absq; ullo obedientiæ respectu est prædefinita, perit omnis dignitas & efficacia conditionis à Deo positæ, & sic perinde est, num ista suppositio impleatur necne. 2. Resp. κατ' ἐνστάσιν per instantiam ex Act. XXVII. Ubi describitur periculosa S. Pauli cum Sociis *navigatio*, qua Angelus noctu à Deo missus Paulo annunciavit, quod Deus ipsi omnes cum eo navigantes donasset v. 24. Nautis v. fugam quærentibus, dixit Paulus centurioni: *Nisi hi (socii navales) in navi manserint, vos servari non potestis* h. e. vitam hic terminabitis v. 30, 31. Atqui manentibus his, nemo vitam amisit, sed omnibus prolongata adhuc fuit. *Applicetur* id ad objectionem, hõc modô: Si horum vitæ Terminus ex luculenta conditione posita in electionis libertate fuit, sequitur V. T. non fuisse absolute determinatum:
At Prius

At Prius est verum, poterant enim ex navi aufugere, & sic submersione
limitem vitæ ponere. Ergo & Posterius.

THEOREMA III.

Terminus vitæ, tam divinô quàm humanô respec-
tu, coarctari & decurtari potest.

Ἐξηγήσις.

§. 1. De *subjecte* hujus positionis, ut & de determinatione quâ
divinum & humanum respectum seu judiciû, non opus est addere quic-
quam, repeti possunt præced. Tantum *predicatum* h. l. considerandum,
nû sc. anticipari s. abrûpi possit, judiciô tam divino quàm humano, vita,

§. 2. Stoici, eisq; Affines (Reformati scilicet) *negativam* arripiunt
sententiam, ex eo principio, quo omnia ἀπαλῶς absolutâ fati lege fieri
consent. Si enim, inquit, Deus uniuscujusq; hominis mortem sim-
plici ac absoluta necessitate definivit, per hominem vitæ stamen nullô
modô potest amputari aut abbreviari, quomodo etiam se gerat, aut quid
faciat, Deus tamen non vult, ut ante præstiturum Terminum moriatur,
siquidem aliâs homo prævaleret Deo, quod absolum! Vide Calvinum
in Inst. Piscatorem, eorumq; Sectarios: Westenburgium, Voëtium,
Riverum, Junium &c.

§. 3. Nos verò, movente veritatis evidentiâ, *affirmativam* ample-
ctimur, adducturi quædam Scripturæ dicta ἐμψαλιχῶπερα. Locus
est Psalmo CII. v. 25. ubi Deum tam seriô orat Propheta, *ne ipsum* (qui
erat in via s. medio vitæ cursu) *succidat in medio dierum suorum*, quomodo
impii securi negligentesq; salutis suæ opprimuntur; qui perpetuæ scele-
rum impunitatis spem concipientes, Psal. X. v. 6. & II. divinâ ultione bre-
vi, & miserandum in modum pereunt morte præfestinâ. Deut. VII, 10.
Lev. XX, 3. Esa. I, 20. Syr. cap. XXXVII, 34. *propter crapulam multi perie-
runt: qui a. abstinent, adjiciet vitam.* Pro Exemplo sunt Her & Onan
Gen. XXXVIII, 7, 10 it. Corah, Dathan & Abiram Num. XVI, 31, 32. Filii
Heli I. Sam. II. Ananias & uxor ejus. Act. V, 5. & 10. &c. Quæ omnia
coincidunt cum Psal. LV. v. ult. *Impii & sanguinarii* (viri sanguinum
& dolosi) *non dimidiabunt* (perducent ad dimidium) *dies suos.* Quem
locum Theologi ita explicant, considerantes præcedentia textus verba,
quæ hæc: *Tu, Deus, hostes vitæ meæ insidiantes, detruas in piscum corrup-
tionis, h. e. irreties eos* (sitientes sanguinem meum) & præcipitabis in
piscum

puteum foveæ, quam mihi foderunt. Unde verbb̄. repentinâ ac præmaturâ morte occides eos. Quod ut clarius ob oculos poneret Psalmographus, addit rationem generalem: *Viri* (enim) *sanguinum & doli, non dimidiabunt dies suos* h. e. vix ac ne vix quidem dimidium annorum, quos vivere alias, si Deo paruisent, poterant. Exod. XXIII, 25, 26 Deut. IV, 40. I. Reg. III, 14. &c. attingent, sed præcoci ac flebili morte peribunt, juxta comminationem omnibus Legirupis ac immorigeris à Deo præstitutam Exod. XXI, 12, & seqq. Deut. XXX, 18. Matth. XV, 4 &c.

§. 4. Et licet hæc omnia ita clara sint, ut ulteriori explicatione non indigeant, tamen Adversarii, variè textum torquentes, non desistunt injicere tragulas, quæ explodendæ. *Excipiunt*: *Dies* hic exponendos esse per *negotia*, quæ improbi moliantur & exequi tentent ante vitæ Terminum. *Nonnulli* per dies impiorum, nihil aliud intelligi judicant, quam perituros impios, antequam ipsi sperent. h. e. impii pollicentur sibi longam vitam Ps. X, vers. 6. quam tamen finis intervertat inopinatio. *Nonnulli* interpretantur communem & ordinarium vitæ Terminum, (quem periodum communem vocant, s. spatium 70, 80. annorum, juxta Psalm. XC. v. 10.) quem rarò attingant impii, cum sæpè ferrò, gulâ, laqueo, fada libidine vitæ sibi funestum exitium accersant.

§. 5. *Verum* respondemus dicentes ad *Primam* objectionem, eam non convenire cum antecedentibus textus verbis, ubi nulla fit mentio *negotiorum*, sed sensus hic literalis clarus est, & responderet Phrasibus Scripturæ alibi passim usurpatis, ut Exod. XXIII. *Numerum dierum complere, item, ante diem suum cadere* &c. Vide §. præced. Ad *Secund.* Obj. Resp. esse ἀνεγοδιόγουτον, textuiq; inconveniens, non enim dicitur οὐκ ἐπιλήκως illos impios, priusquam sperent, morituros, sed ἀπλῶς absolute non dimidiaturos dies suos. Unde aliud est: Non dimidiabunt dies suos; aliud non credent (sperabunt) se dimidiaturos dies suos. Maneamus igitur in *Terminis*. Deinde Antagonista sibi ipsi contrarius, dum defendere vult decretum absolutum, juxta quod tamen exactissime complent dies suos improbi, haud secus ac probissimi quique. Nec *tertia* glossa probanda, quæ non magis ac priores quadrat, siquidem non dicuntur impii dimidiare dies cæterorum hominum, sed *suos*. Pari imò majori etiam jure de piissimis multis dici poterit, non dimidiare dies suos, cum plurimi piorum sint, qui ad communem istum annorum numerum non perveniant, sed in flore ætatis vitæ priventur. Ad hæc ob-

Rat

stat absolutum per te decretum, quò stante corruius sensus Davidicus.
Institas: Dicit, non dimidiare impios dies suos opinione hominum, non respectu decreti divini. Resp. Divina hic comminatio pœnæ est, quæ lætentiam vel decretum Dei præsupponit.

THEOREMA IV.

Terminum vitæ futurum Deus ab æterno præscit
seu novit certò, in fallibiliter ac immutabiliter.

Ἐκ θεοῦ.

§. 1. Initiò hujus ἐκ θεοῦ prænotandum, voc: præscire & scire considerari vel ratione principii, in ordine ad Deum; vel ratione objecti in ordine ad creaturas. Ratione principii tributa Deo, unum idemq; sunt, quia apud ipsum nihil præteritum, nihil futurum Of. V. v. 3. Ecol. XXIII, 27. Sed omnia uno mentis cernit in idu. Quæ sunt, quæ fuerint veniantq;, adeoq; ipsi sunt ἐν τῷ νῦν præsentia, antequàm sunt, existunt & fiunt. Psalm. CXXXIX. v. 2. seqq. & Hebr. IV, 13. Vid. Pl. Rev. Amplif. D. D. Præsidis Coll. Theol. I. de Prov. th. 5. Ratione a. objecti distinguuntur, ita ut Scientia sit cognitio omnium rerum; præscientia a. futurarum tantum.

§. 2. Scientia quando Deo tribuitur, hoc loco sumitur (non qualitative, prout in nobis est habitus, sed) substantive, quia ratio Qualitatis & habitus imperfectionem important; non accidentaliter, siquidem in Deum nullum cadit accidens ob simplicitatem, sed essentialiter. Præscientia Deo competit non idcirco proprie & absolute, quippe Deo, ut antea dictum, nihil præteritum, nihil futurum Pl. XC, 4. II. Petr. III, v. 8. Sed ἀπὸ θεοῦ ἡ γνώσις ratione rerum, quæ in tempore sunt, & hominum, qui in tempore vivunt. Id enim vult præpositio ἐκ in voc: ἐκ θεοῦ καὶ ἐγγύωσθαι, (quæ Deo tribuuntur Act. II. v. 23. & 31.) ut respiciat objectum futurum, h. e. entia s. creata s. creanda, quæ omnia Deo sunt præsentia, νοηµατικῶς, nec aliud sunt, quàm divina essentia utpote illarum rerum repræsentativa, Confer Pl. Rev. Amplif. D. D. Orthonis, Colleg. Theol. Scol. præteritò annò habitum. I. de Scientia Dei. th. VI. Interim quamvis Dei Scientia varium admittat respectum propter objecta varia ad quæ refertur; tamen in & per se manet eadem. Vid. pl. ap. Christ. Mattheam, Coll. II. Antiphot. Exerc. IV. Probl III. pag. (mihi) 179. Dices: Res illæ futuræ sunt? Resp. Sunt futuræ, ratione causarum suarum contingen-

tingentiam, non ratione Dei, apud quem ab aeterno praesentes intuitivè,
& secundum esse cognitum Act. XV. 18.

§. 3. Hæc, de qua dictum, *praescientia* stylò humanò prædicata
de DEO, remotis imperfectionibus, *describi* poterit hõc modò: est
,, omnium ac singulorum (s. realium s. rationis) entium exactissima
,, & perfectissima cognitio, quâ universa, etiam futura s. ἐσόμενα quæ ex
,, conditione naturæ, aut vi causæ suæ necessario futura sunt, s. etiam
,, quæ μελλοντα dicuntur Aristoteli, i. e. ea quæ verisimiliter futura sunt,
,, ut fieri & non fieri possint, qualia sunt ea quæ futura contingencia di-
,, cuntur, tum absoluta tum conditionata, distinctè & evidentè prævi-
det ac præcognoscit. Unde patescit, *Objectum*, circa quod præscientia
divina versatur, esse omne s. præsens s. præteritum s. etiam futurum, sub
quo & nostrum positum objectum, *Terminus* s. *Vitæ*, ut futurum con-
tingens, continetur.

§. 4. *Dices*: Thesi primâ annotatum, omnia Deo ἐκ τῶν ὄντων præ-
scientia, h. e. uno & simplici actu cognita: E, non distincto ordine seu suc-
cessione præsentis, præteriti & futuri? Resp. additum ibi, ratione non ob-
jecti, sed subjecti vel principii, ratione non TUI sed SUI. Alius est co-
gnoscendi modus *humanus*, qui fit disceptatione, ratiocinatione, colle-
ctione, collatione; alius *divinus*, qui fit simplici cognitione, quæ est ipse
DEUS.

§. 5. De hoc jam ulterius disceptatur & Quæritur; Num DEUS
futura omnia etiam contingencia & per conseq. Terminum vitæ ab aeter-
no præsciat certo infallibiliter ac immutabiliter? Nonnulli hîc peccant
ὕπερβολικῶς in excessu; nonnulli v. ἐλάττωκῶς in defectu. Hîc modò
non solum Sociniani, negantes Dei præscientiam esse determinatam ad
res quoq; contingentes, vid. Socin. prælect. publ. c. 8. 10. 11. Crellium de
Deo & attr. p. 201. quos refutat Amplis. D. D. Mauritius, Exerc. Anti-
Soc. VII. §. 4. aff. §; sed & Vorstius, tract. de Deo, item amicâ collatione
cum Piscatore. i. *Illo v. modo*, Calviniani propugnantes Deum præscien-
do illa, quæ nobis videntur contingencia, absolute prædeterminasse ab
aeterno.

§. 6. NOS a. mediâ insistimus viæ *affirmantes*, Deum certo infallibili-
ter ac immutabiliter præscire omnia s. necessaria s. contingencia s. univer-
salia s. singularia, s. maxima s. minima, s. summa s. ima, s. substantias s.
accidentia, non quidem semper necessitate absoluta sed & conditionata.
si scilicet

si scilicet hæc aut illa impleatur conditio; & probantes tum dictam Scripturam
claris, tum etiam exemplis.

§. 7. *Dictis*, quibus Deus scire dicitur *in genere OMNIA*, Act. XV. v. 18
πάντα ἐργα αὐτῶν γινώσκει ἀπ' αἰῶν ©. Hebr. IV. 13. Non est ulla creatura,
que non sit manifesta in conspectu Dei, sed OMNIA nuda & intime patentis
oculus ejus. Esa. XLI. quod & Hesiodus agnovit, quando dicit: *πάντα*
ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμοῦς καὶ πάντα νοήσας lib. I. O. p. 24. v. 265. In specie scit
Deus omnes circumstantias hujus illiusve Psalm. CXXXIX. v. 1, 2, 3. &c.
Summa & ima Matth. X. 29, 30. cogitata, dicta ac facta, Gen. VI. 5. Jer.
XVI. 17. &c. Unde argumentamur. Quicquid ab æterno scit *πάντα omnia*
in universum, scit excellentia & vilia; ille etiam scit futura contingentia:
Atqui Deus, *ὅτι οὐκ ἔδει δεῖξαι*. Ergo. Nā quid magis contingens quam Sors
& aleæ jactus, qui tamen in manu Dei. Prov. XVI. v. ult. Conf. Act. I. in fin.

§. 8. Majoris declarationis gratiā prob. etiam *Ἐξοδειγματικῶς*
Exempl. Protoplastorum, quorum lapsus nō Deus ab omni æternitate præ-
vidisset, quā veritate dicere mur electi in Christo *πρὸς κτιστοῦ κόσμου*
ante jacta Mundi fundamenta? Eph. I. v. 4. Hunc lapsum Adamiticum
fuisse contingens, nemo ibi inficias, siquidem poterat non fieri. Dices:
non DEO sed homini fuit contingens. Resp. Adam erat creatus
κατ' εἰκόνα Θεοῦ ad imaginem Dei, non ad lapsum, aliās DEUS ut causa
impulsiva determinasset eum, quod absurdum! Prob. *Exemplo Petri*
Christum abnegantis Matth. XXVI. v. 70. &c. cujus lapsum ut contin-
gens Christus præscivit certo ac infallibiliter v. 34. *Ἀλλ' ὁ λόγος σου*. Con-
fer Brochmann. Syst. Theol. I. de Prov. c. 2. quest. 2 p. 524. &c.

§. 9. De *Termino Vitæ* itidem probare possumus è Scriptura, Gen.
VI. ubi interitum omnium hominum Antediluvianorum (solis octo
exceptis) certo infallibiliter ac immutabiliter necessitate sc. consequen-
tiæ præscit ac prædicat: *Finitis universe carnis venit in conspectum meum*
v. 13 *Exemplo Achab* I. Reg. XXI. 19. & seqq. cujus exitium (quod certe con-
tingens fuit) eodem modo, quo à DEO prædictum, accidit I. Reg. XXII.
v. 32, 33 *Filii Jeroboam* I. Reg. XIV. 12. *Israelitarum omnium* (exceptis Ca-
leb & Josuā) in deserto mortuorum Num. XXVI. v. 65. &c. *Achan* Jos.
VII. 1. 24, 25. *aliorumq.*, quorum exitum seu Terminum Deus non tan-
tum prævidit, sed & prædixit certo infallibiliter ac immutabiliter, non
quidem necessitate consequentis à priori, sed consequentiæ & hypothe-
seos

scos à posteriori. Nam illa quæ ex præscientia divina fuit necessitas, certitudo solummodo & infallibilitas est, quæ propriè dictæ contingentia non repugnat. Quicquid enim contingens est & tamen necessario dicitur futurum, quia Deus præscit, in se & tota sua indole manet contingens ac liberū. Vid. Menas, Ben-Israel. lib. III. de Vitæ Termino. Unde hæc *αὐτοῦ τε* non sunt: quando dico: Achab hōc tempore terminaturus est vitam, qui aliō tempore poterat terminare vitam. Jam quod est *τὸ ἐνδεῶς* *χρόνον ἄλλως ἔχειν* s. aliter se habere poterat, propriè contingens dicitur, vid. th. ult. Sect. 1.

§. 10. Positā sic ac probatā sententiā nostrā, superest ut nonnulla Adversariorum glaucomara in medium producamus ac breviter examinemus. *Obijciunt* incertitudinem & indifferentiam contingentium, sub quibus Terminus vitæ comprehenditur, Majoris declarationis gratiā includimus mentem ipsorum his *argumentis*: Id quod est contingens, non habet determinationem neq; veram neq; falsam: Terminus vitæ est cōtingens: Ergo &c. *ulterius*: Quodc. non habet determinationem neq; verā neq; falsam, illud non est scibile s. cognoscibile: Terminus vitæ est talis: Ergo *Porro*: Si Deus Terminum vitæ, ut contingens, certo infallibiliter cognosceret, fieri ex certis incerta.

§. 11. *Verūm* salva res est, quando Resp. ad *prioris Syllogismi* Majorē, illam non procedere, siquidem in contradictoriis una verā, semper altera est falsa, & sic reciprocè. Adhæc *determinatio* est vel de possibili vel de inesse. De illa canon s. major valet, non de hâc, Sicut possibile est sedentem stare in sensu diviso, non v. in sensu composito. Atqui sic Minor Syllogismi, eō modō sumpta, abit in fumū. *Dices*: Quis ergo præscire potest alteram illam contradictoriorum partem? Resp. Quamvis intellectus humanus illam veritatem vel falsitatem non perspiciat, sufficit tamen, quod Deus, de cujus præscientia hic sermo est. Ad *posteriorem objectionem* Resp. negando Minorem, *repete modò dicta*. Confer Chemniti Loc. Theol. V. de causa peccati & conting. p. m. 129, ubi discrimen de contingentium determinatione. Item Francisc. Suarez. Tom. post. Metaph. Disp. XXX. Sect. XV. n. 31, 32, pag. (mihi) 117. *Deniq;* Dicimus *Terminum Vitæ*, ut & cætera contingentia, quamvis nobis videantur incerta, DEO tamen esse certissima, infallibilia ac immutabilia respectu præscientiæ. Conf. Colleg. Conimbr. Logic. Tom. 1. de Interp. l. 1. Cap. 8. & ult. quæst. ult. p. (mihi) 232. 233, 234

THEO-

THEOREMA V.

Præscientia seu præcognitio divina, non est causa
necessitans Terminum Vitæ.

Ex Jeno.

§. 1. Cum primò intuitu non adeò perscrutabile ac facile hoc sit intellectu, confitente ipsò Meisnero in Philos. Sobr. P. 1. S. 4. c. 9. Q. 4. p. m. 617. 618. & consentiente Chemnitio in L. C. V. p. 131. in it: Hinc sententiarum divortia, dum *alii* dubitantes vel ambigentes iudicium suspendunt, *alii* simpliciter affirmant. *Prioris* generis sunt Arminiani, vid. Episcopium in responso ad Beverovicium Med. Dordr. datò, it. Disp. 4. tit. 19. De præsc. fut. cont. Verba ejus extant in Arminianismo D. D. Calovii, Cap. VI. Disp. IX. §. 7. pag. (mihi) 168, 169. *Posterioris* generis sunt Calviniani, vid. Bucanum, l. 14. p. 158. D. Rivetù, Voëtium, Westerburgiù &c.

§. 2. *Illos* mittimus; *Hi* cum quibus nobis jam præcipue res est, statuunt, necessariam esse cohesionem in hoc: Si Deus præscit Terminum Vitæ certo ac infallibiliter, Ergò Terminus vitæ est necessarius & quidem absolute ac simpliciter talis. Quæ verò ista consequentia? Certè certitudo præscientiæ divinæ absolutam ac fatalem rei præscitæ necessitatem non imponit, nec per conseq. Vitæ Termino, siquidem res omnis ideò futura præcisè non est, quia Deus futuram præscit, sed contrà; ideò Deus ab æterno hoc illudvè futurum præscivit, quia futura erant. Nihil enim potest variare aut effectum aut modum ejus immediate, nisi causæ sint conditionesve immediatæ; Et ex consequenti, nil potest variare mediatè, nisi quod hujus modi causas aut conditiones inducit. D. Meisnerus in Philosoph. Sobr. dat hanc rationem, quod Præscientia, ut actus, nunq. possit esse causa objecti, ut rei præscitæ. Neq. enim Deus scit vitæ Terminum, nisi quia futurus est: Tolle enim rei s. vitæ termini, ut ita dicam, futuritionem, tolles & Dei prænotionem. Hinc itaq. ut reor, manifestè, constat Terminum vitæ s. horam mortis non habere necessitatem à præscientia, tanquam à causa. Quod ut adhuc clarius reddatur, ponemus duas conclusiones, quibus totam hanc *πρᾶξις* absolvemus.

§. 3. Concl. 1. Dicimus, præcognitionem divinam etiam circa Terminum vitæ ut contingens esse infallibilem. Potest quid esse in suis causis contingens, præscientiâ nihilominus divinâ manente infallibili, imò immutabili, quia scire Deus potest, ad quam contradictionis partem res,

quæ

quæ sic & aliter fieri poterat, tandem propendat. Dices: certus itaq; & immutabilis vitæ Terminus ut statuatur, necesse est? Resp. necessitate non consequentis sed consequentiæ, h. e. non ex vi, sed saltem ex hypothesi prævisionis, *Repete priora*. Equidem necessariam esse, immutabilem Dei præscientiam, haud diffitemur, licet res præscita s. Terminus vitæ sit contingens & mutabilis, quamdiu in suis causis latet. *Inflas*: Divina præscientia aut fallitur (si aliter evenit Terminus vitæ ac Deus præscit); aut Terminus vitæ absolutâ necessitate, prout ab æterno præscitus, eventurus est. Resp. Ut evenit, ita Deus præscit; ut præscit, ita evenit. Non sunt *ἀντιεἰρη* nec inter se pugnant hæc duo: Terminus vitæ est immutabilis juxta Dei prævisionem, & est mutabilis virtute vel vitio nostrò. *Prævisio* s. præscientia Dei in se spectata, mutabilis non est, nec fallibilis, *Objectum* autem mutari potest. Salva igitur manet Divina præscientia, quæ rem prout est, præscit, h. e. necessariam necessario, contingentem contingenter eventuram prævidet. Confer. D. Broch. System. Theol. A. de Prov. p. 533. 535. item Müller. Theol. Scol. C. X. §. 145.

§. 4. Concl. 2. Dicimus, *Prævisionem* s. *præscientiam divinam* *Termino vitæ in causis suis latenti, ut contingentem, non inducere necessitatem intrinsecam seu absolutam*. Notum est è rudim. Metaph. *necessitatem esse vel intrinsecam*, quâ aliquid propter internum principium aliter se habere non potest; *vel extrinsecam* propter principium externum tale. *Illam* indigitamus absolutam s. consequentis; *hanc* verò ex hypothesi natam, seu consequentiæ. *illâ* præcognoscit Deus futura ex decreto absoluto; V. G. Passionem & glorificationem Christi in se spectatas: *Hæc* præcognita Deo sunt omnia ea, quæ contingenter fiunt & hypotheticè juxta has vel illas condiciones in serie causarum secundarum præeuntes: *Exemplo* utar ad rem nostrâ accommodatò, de Termino vitæ *αὐτοφόνου* V. G. *Judæ* strangulantis se contingenter quidem à priori, sed necessario à posteriori quia ipse & conjuncta cù eo Diaboli malitia, aliud noluerunt. vid. D. D. Gosmanni Colleg. Porismatologicum *μελοσμ.* LIX. & ult. *Cæterù* Deus prævisis his hypothesisibus infallibiliter ac immutabiliter prævidit istam judæ necem necessariam, non necessitate antecedente, quasi DEI præscientia fuisset causa necessario operans & prævia; sed consequente. Hinc Pl. Rever. Amplifs. D. D. Ottonis, Præceptor ac Patronus meus honorandus, in colleg. Theol. Scol. nup. hab. L. r. c. de Scient. Dei. th. ult. satis appositè dicit: *Deus contingentiæ* (sub quibus Termini-

Terminus vitæ continetur) necessario videt, non tantum in causis sed & in
ultima habitudine omnium circumstantiarum; Sic tamen ut præscientia illa
contingentiam non tollat, quia scientia non est ex decreto.

§. 5. Equidem concedere possumus *προνοωσι* divinam rei
præcise s. Termino vitæ, in causis suis contingentibus latenti, impo-
nere necessitatem extrinsecam, interim tamen negamus intrinsecam.
Quemadmodum enim vir prudens, qui ingenium ac indolem audi-
torum suorum perspicit, ac prævidet, quid de illis, secundum has vel
illas occasiones sit sperandum, non est causa intrinseca seu absolute ne-
cessitans futuritionem illam speratâ ac impletam; ita quoq; divina præ-
scientia &c. Similia exempla sunt Astrologorû, Naucleri, Architecti, vati-
cinatorum, Prophetarum, Christi, & Apostolorum de prodicione Judæ
Psalm. XLI. v. 10. de incredulitate Judæorum Esa. VI. 9. Joh. XII. 40. &c.
Vid. D. Gisenij, Calvinism, Disp. XV. th. 22.

§. 6. Addimus unum *argumentum*, quò huic Theoremati &
Sectioni finem imponemus, tale: Actus externus circa objectum,
non est principium internum objecti: Præscientia divina circa Termi-
num vitæ est actus externus: Ergo, præscientia div. non est principium
internum Termini vitæ. Objicis; Prævisio est actus intellectus div. E.
mensurat vel determinat res practicæ, h. e. ut sint res tales, quales sunt.
Resp. res quatenus tales, non autem rerum *αἰτιασῆαι* ad quas promo-
vendas Deus nullatenus concurrat, prout dudum hunc retorserunt
arietem veritatis athletæ. Atqui sic quoq; *secundam* absolvimus Sectionem.
Procedentes jam pervenimus ad portum desideratum, h. e. Zere-
maris nostri medullam, quam proponer

SECTIO III.

Πόσιμα.

Terminus vitæ seu mortis, non est sim-
pliciter absolutâ necessitate ab æter-
no fatalis.

Εξήγημα.

§. 1. Spectatò positionis subjectò fortè videmur, statim in
frontispicio opposita simul ponere, dum dicimus: *Terminus vitæ &*
mortis. Cui dubio præoccurrentes, monemus, non eodem respectu hæc

D

intelligi.

intelligi, sed dici hic potest idē *Terminus vitæ, respectu terminia QUO; Mortis ad QUEM.* Dicimus, illū non absolutō Dei decretō fatalem esse ac necessarium. Quibus verbis hic non favemus *Epicureorum* opinioni, statuenti, *Terminum vitæ planē fortuitum, juxta Sapient. II. 2. Esa. XXII. 13. 1. Cor. XV. 32.* Qui tamen secundum *Scientiam ac providentiam divinam omnino infallibilis est, ac certo ab unoquoq; mortalium attingitur, a nemine præteritur, juxta Sacrorum Canonum Oracula, quæ a Deo constitutum esse homini vitæ terminum, statuta tempora, ac definitum numerum dierum pronunciant; Sed saltem decretoriam Terminū vitæ legem ac statutum absolutum hic pernegamus, de quo vid. Calvin. lib. 3. Inst. c. 23. Sect. 7. ejusq; Sequaces: Gisbertum Voëtium, tr. de V. T. Rivetum, Westerbürgium, Crucium &c.*

§. 2. *Affirmativam Calviniani arripunt; NOS unanimi nostratium Theologorū suffragiō negativam, veritatis evidentiā moti amplectimur sententiam, quæ invictissimis Scripturæ S. testimoniis, ac infallibilibus rationibus confirmabimus, ubi nonnullas præsupponendas distinctiones præmiserimus, Siquidem mors s. terminus vitæ consideratur vel ἀπλως absolutē vel ἑτεροως respectivē. Ipsum vitæ Terminum post lapsum necessarium esse fateimur, Scripturā affirmante Job. XI V. 5. Deut. XXXI. v. 2. Job. XVI. v. 22. Psalm. XXXIX. v. 5. 6. Item Naturā ac ratione consentiente & attestante Experimentiā, Quippe mortis necessitas tanta est, ut, quia omnibus est statutum semel mori Heb. IX. 27. nec fuerit nec futurus sit quisquam, cui hoc fatale naturæ debitum per peccatum in mundum introductum, Rom. V. v. 12. non sit solvendum; Verum ἑτεροως respectu variarum circumstantiarum temporis, loci ac modi, ut sc. hic homo, hōc & non aliō temporis momentō, hōc & non aliō modō seu mortis genere occumbat, prædefinitum a Deo simpliciter & absolute vitæ terminum inevitabilem, ex sano Scripturæ sensu, negamus. Dices; è Prioribus evincuntur Posteriora, Si enim dies definiti, numerus mensium certus, si posita Statuta, quæ homo non præteribit; Sequitur, quod Terminus vitæ sit fatalis & quidem absolute Resp. Nimis liberalis hæc est illatio, aliud n. est præstitutum terminum non posse præteriri: aliud absolute præstitutum esse term. qui ob id non possit præteriri. Prius concedo, postorius nego. Vid. infr. fufius.*

§. 3. Deinde spectatur vitæ Terminus (α) juxta cursum Naturæ, in quantum ex naturalibus causis certa periodus unicuiq; competit, & sic terminus

terminus vitæ potest anticipari, vel per inordinatã vitã Syr. C. XXXVII, 34. vel per gladium I. Sam. XXXI. v. 4. vel per aliud aliquod incommodum; potest etiam extendi per specialem Dei gratiam. (B) Prout est in divina ordinatione, & sic termini vitæ sunt immutabiles modo nobis incognitò, nec præteriri possunt anticipando vel differendo, quia Providentia Dei est infallibilis. Illustramus Exemplo Regis Ezechie s. Hiskie II. Reg. XX. v. 1. 2. II. Par. XXXII. v. 2. 4. & Ela XXXVIII. v. 1. cujus tempus naturale præterlapsum erat, cum Deus ei mandaret scilicet *Daus su bestellen*, v. 1. *Dispone domui tuæ*, inquit Dominus per Prophetam, *quia non orieris tu & non vives*. Vides hic Terminum Physicum ipsi tunc reverà incubuisse. Unde & ipse Rex vocat excisionem dierum suorum v. 10. *Hyperphysicus* autem non potest præteriri & hic est, quem Scriptura putat, das Ziel san sein Mensch überschreiten. Hæc mens fuit D. Gosmanni Coll. quod. Theol. præeunte Gerbarde, Loc. Com. Tom. 8. th. 63. p. 96. & D. Feurborn. Fasc. V. disp. 6. th. 29. p. 252. &c. Dices, Exemplum hoc minus commode adduci, cum sit peculiare & singulare, à quo ad universale N. V. C. Resp. Ne hoc diffiremur, quippe non semper Deus nobiscum agit *Jeouuacius*, & præter communem naturæ rationem, Sufficit quod interdum Rector ille sapientissimus ac potentissimus, cui jus supremæ Majestatis omni tempore reservatur, nobiscum pro beneplacito agere possit. Inde non statim evertitur adducta distinctio, quâ liquet, non unò modo (Physico) Deum nobiscum agere.

§. 4. Cœterum non Silentiò hic prætereunda est ista distinctio, quâ factum respectu termini vitæ aliud à nostris Theologis dicitur *incompletum*, quatenus adhuc in via, quando quis conditionem, quam Deus ad terminum vitæ attingendum præscripsit, non implet, sed vel impietate Pl. LV. v. ult. vel intemperantiã Syr. XXXVII, 34. vel laqueo Matth. XXVII. v. 5. aliisq; impedimentis sibi creat interitum, & sic vitæ terminum accelerat; Aliud *completum* seu consummatum, quatenus in ultimo termino s. complemento consideratur, quãdo quis curatò corporis temperamento, ac qualitatè *ouuuegia* vitæ durationem s. terminum attingit implendo juxta pondus & justiciam seu benignitatem divinam. Pro Exemplo est Rex Hiskias, de quo ante, qui agonizans ad terminum vitæ suæ incompletum devenerat II. Reg. XX. v. 1. Ela. XXXVIII. v. 1. post quindecim autem annos à Deo gratiosissimo additos v. 6. 5. quoq; ad completum, respectu singularis gratiæ. Uti præter alios Theologos etiam comprobant, P. Venerandus D. D. Praeses, in Coll. Theol. A. IIX. th.

XIV. Q. 2. Resp. 4. & Ampliis. D. D. Ottonis, Coll. Theol. Scol. lib. 1.
C. de Prov. th. IV.

§. 5. Præterea distinguitur Terminus vitæ vel *ἡγεμονία* in sensu *composito*, vel *αεχρονία* *ἡγεμονία* in sensu *diviso & absolute*. Priori modo, ut contingens, respicit præscientiam Dei, eamq; infallibilem. Posteriori v. infert simplicem necessitatem. Quid si *regeras*: Ubi vera DEI est infallibilitas, ibi simplex rei fit necessitas? Resp. negando sequelam, si simpliciter absolutam intelligis *necessitatem*, ex absoluto Dei decreto provenientem, hanc enim illa non infert. Equidem omniscius Arbitor Orbis ab æterno novit infallibiliter, quò temporis momentò, quòve mortis genere hic, iste, vel ille sit emissurus Spiritum; *verùm* propter hanc prænotionis infallibilitatem non infertur homini necessitas simpliciter absoluta à priori, ut hæc horâ &c. succumbat, quippe necessitas illa ex infallibilitate *αεχρονία* *ἡγεμονία* originem ducens, est duntaxat hypothetica s. conditionata, à posteriori, quæ aliàs dicitur consequentia. Ita quondam ex ore Pl. Rev. Clariss. D. M. Jac. Dürfeldii, Præceptoris olim mei in Gymnasio *Osnabrugensi*, cum viveret, faventissimi, calamo excepi. Confer. Theor. IV. & V. Sec. II.

§. 6. His itaq; præsuppositis, *Sententiam vestram* de termino vitæ *fatali negativam* solidabimus, præmittentes unicum *generale argumentum*, sumptum ab oppositis & quidem *contradictoriis*, quorum unum alterum tollit, quæq; stare simul non possunt, docente Philosophò, libr. de Interpret. c. 7. quod in forma tale est: *Quicquid respectivâ suppositione ac præstabili conditione est limitatum, illud absolutâ necessitate fatali non est determinatum: Atqui Terminus vitæ, respectivâ suppositione ac præstabili conditione est limitatus: Ergò; Terminus vitæ absolutâ necessitate fatali non est determinatus.*

§. 7. Quod proponitur in præmissis, irrefragabile est, nec vera Philosophia & recta ratio adversatur Scripturæ, s. Orthodoxæ Theologiæ. Vid. Theoriam Generalem Collegii *Pansophici* ultimo habiti sub præsidio acutissimi Philosopho-Theologi D. D. Gosmanni, præceptoris mei honoratissimi.

§. 8. Quod assumitur, illud stabilitur (1) à *divinis promissionibus*, quæ remunerationem pietatis, Exod. XX. v. 12. C. XXIII, 25, 26. Deut. IV. 40. C. VIII, 1. C. XI, 2. &c. Ps. XLI, 3. Ps. XCI, v. ult. Item Eph. VI, 2. l. Timoth.

I. Timoth. IV, 8. ubi expressè dicit Apostolus: ἡ Ὀσέβεια ἐπαγγελίαν ἔχει ζωῆς τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης. vid. Sect. præced. Theor. II. quò tum dicitur cum *exemplis* Scripturæ quàm plurimis probata est μακροβιότης promissa & præstita. Unde jam elicimus hoc *argumentum*: Si intuitu pietatis Deus piis vitam prorogat, non ab æterno iis vitæ terminum simpliciter & absolute necessarium præstituit. At prius est verum. Ergo & Post: Dices: Abel & Enochus fuerunt Ὀσεβῆσαι, & tamen si conferantur cum illius ævi hominibus aliis μακροβιότητι, celeritus hinc ablati sunt vitæ prolixiore dignissimi. Resp. Dist. inter regulam ordinariam & exceptionem extraordinariam. Quamvis Deus piis ac probis hominibus promiserit μακροβιότητα, ut gratuitum pietatis præmium; interdum tñ. piis filium vitæ mature abrumpt, ὡς τὸ συμφέρον αὐτῶν. II. Reg. XXII. v. 20. Esa. LVII. v. 1. 2.

§. 9. Stabilitur (II.) A divinis *comminationibus*, quæ vindicandam impietatem, dum impiis Deus comminatus est ὀλιγοβιότητι & vitæ decurtationem, intuitu impietatis & malitiæ ipsorum Deut. IV, 26. C. XI, 17. Pl. LV, 24. Prov. X, 27. Esa. I, 20. Cujus (Comminationis) effectum comprobant *Exempla* dilucida judæorum, Exod. XXXI. v. 27, 28. Impiarum gentium Deut. XX, 17, 18. In specie Absolonis II. Sam. XVIII, 9. Anania & Uxoris ipsius Actor. V, 5. 10. &c. Qui omnes si Deo paruisent, ejusq; ordinem non violassent, utiq; diutius per naturam vivere potuissent. Sed hoc *argumentum* operosius tractatum vid. Theor. III. Sect. II. Et quamvis Calviniani urgeant imprimis locum Jobi XIV, 6. cum Cap. XXXVIII 21, & Pf. CXXXIX, 16. &c. Nullum tamen hic opinionis suæ patrocinium invenire possunt, quò modoctinè; etiam Philolophentur, aut quæcunq; loca parallela afferant, quippe illa omnia intelligenda tantum *de re ipsa*, nim: esse numerum dierum & vitæ terminum singulis præordinatum; non vero *de modo absoluto*, quo factis unicuiq; vitæ terminus simpliciter ac ineluctabiliter ab æterno præfinitur. Conf. Brochm. Syst. Theol. I. d. Prov. C. 2. Q. 2. Fewborn. Fasc. V. Disp. VI. Friedlieb. Florileg. Theol. I. de Prov. p. m. 292 it. Medull. Multo minus efficiunt *Astrologi*, quando è Genealiacis, Physiognomicis & Chiromanticis, hominis vitæ terminum fatalem divinare se infallibiliter posse existimant. vid. Menafs. Ben-Israel plura ex antiquitate referentem. Ast frustra. Concedimus quidem, Astrologos posse quædam prænunciare è positu & cursu Syderum σαχασμῶσι; interim infallibiliter & Apodictice vitæ hu-

manæ terminum inde prædicere eos posse negamus. Adde, quod in-
quisitio talis à Deo gravissimè prohibita Lev. XX. 27. Deut. XVIII, 10, 11.
Eccl. XXI, 22. 23. C. XLIV. 25. C. XLVI. 13. Præterea veras termini vitæ hu-
manæ causas Scriptura S. non in stellis, sed in Dei proposito respicien-
te conditionem hominum constituit, præsertim quod Deus superior
est causis secundis omnibus, nam *astra regūt homines, sed regit astra DEUS.*

§. 10. Stabilitur (III.) à Divinis commonefactionibus certum ac de-
finitum pœnitentiæ tempus *πρὸς* concedentibus. Siquidem justus pa-
riter ac misericors Deus Primo Mundo interminatus est *πρὸς* *Ἰσραὴλ*,
per cataclysmum, cum hac expressa lege & conditione per gratiam divi-
nam præstabili, nisi intra 120. annos pœnitentiam agendo, *Ἰσραὴλ*
οὐκ ἔσται compellendo, moresq; nefandos ac horrendos emendando, ad
meliora revertantur. Gen. VI, 3. &c. Item Jerem. XVIII, 7. ipse Jehova
dicit: *Repente loquor adversus populum, ut eradicem, destruam ac perdam*
illum, quod si pœnitentiam egerit à malo, pœnitebit quoq; me ejus mali, quod
cogitaveram ei. Adde Gen. XVIII. & XIX. de Sodom. & Jon. III. v. 4, 5.
de Ninivitis &c. Hinc tale emergit argumentum: Quibuscunq; DEUS
ex infinita sua *μακροθυμία* indulget spatium redeundi ad pœnitentiam,
quâ vitam alias terminatam prorogare possunt; illis ab æterno non po-
luit terminum vitæ absolutum, sed conditionatum: Impiis hominibus
indulset Deus &c. Ninivite enim respicientes vitam prorogabât; contra
Antediluviani impœnitentes decurtabant; Ergo Impiis Deus ab æter-
no non posuit Terminum vitæ absolutum, sed conditionatum.

§. 11. *Oppanis*: NOBIS hoc videri conditionatum, quod tamen
apud DEUM ab æterno ratum ac statum? Resp. Neq; tamen simpli-
citer seu absolute, nam promissum Deus temper servat, absolutum ab-
solute, conditionatum conditionate. *Quæ Deus simpliciter vult fieri, illa*
semper in actum deducuntur; At quæ conditionate & ordinate vult fieri, illa
non fiunt, nisi ordo in Scriptura præscriptus observetur quem cum sæpè ex ma-
litiâ negligant homines, eiq; sese contumaciter opponant; inde fit, ut quæ Deus
conditionate vult fieri, non semper fiat. Ita D. D. Gualperius, Pastor & Su-
perint. quondam *Severensis* in disp. inaug. th. 27. Quare cum nulla hic
tropica seu antropopathica sit locutio, quis Deum fingere dissimulato-
rem. Confer Sect. II theor. II. §. 4. Deinde si Terminus vitæ respectu
Dei esset absolutè necessitate factus, sequeretur nullum esse actum ju-
stitiæ, nullum Bonitatis divinæ. Quæ enim foret illa *justitia*, summò deo
creto & inevitabili fatò hos præmiis, illos vero pœnis destinare, ante
quam

quam vel ex signo quoquam cognoscas, utrum hi præ illis supplicio præmiõve sint afficiendi? Profecto conscientiosus Judex non judicat (condemnat) infontem sed reum: Utiq; nec Deus, justus judex, Psal. VII, 9. 12. hunc illumve creandum absolutâ necessitate ac peremptoriõ decretõ ab æterno prædestinavit ad præcocem ac flebilem mortem. Quæ etiam Bonitas hos vel illos horrendæ ad descendæ addixisse morti, sine respectu criminum, quibus eam promeriti fuerint? Proinde absurdum est, DEO, ut fonti exuberantis bonitatis ac misericordiæ infinitæ, tale quid affingere. vid. fufius infr. arg. X.

§. 12. Confirmatur (IV.) à divina pœnarum capitalium facinorosis infligendarum præscriptione. De homicidio justissimus Deus præcepit, ut qui humanum sanguinem effuderit, ejus sanguis iterum effundatur, jure talionis Gen. IX. v. 6. Matth. XXVI. v. 52. ipsumq; Legislatorem Deum mirabiliter vindicasse cædem hominum, Scriptura docet. Sic de Sacrilegio Achani, occasione cladis Israëlitarum notari, Jos. VII, v. 5, seqq. legimus, quod Deus hunc lapidari & concremari jussit ob scelus patratum v. 15. Id enim indicant causales conjunctiones: *Quapropter, ideo, quia, v. 1. & 12. Quodsi* jam Deus, decretõ, per se, absolute peremptoriõ, hunc illumve prædestinasset ad infame seu horrendum supplicium, quõ vita terminatur; utiq; non sub conditione aut respectu vel homicidii, vel furti s. in specie Sacrilegii commissi, quippe hæc duo, *absolutum & respectivum ἀπόλυτον & simpliciter* inconsistentia, quorum unum, docente Aristotele libr. *ᾠδῆς ἑσμ.* alterum expellit. *Aut si* simpliciter necessitante decretõ absolutõ, tum hic vel ille homo non potuisset non abstinere à patrato homicidio, sed ad illud patrandum creatus esset à Deo, siquidem quæ Deus fixit, ab homine refigi non possunt, imo citius Solis ortum seu fluminis cursum, totiusq; naturæ ordinem intervertas, quàm decreta Dei absoluta immutes, unde Apostolus Gentium ad Rom. IX. v. 19. τῶ βελλήματι ἑαὶ τίς ἀντίστη;

§. 13. Dices; hoc militare pro te, quia l. c. additur, quod DEUS habeat absolutum jus in suas creaturas multo majus, quàm figulus habet in lutum, puta potestatem formandi & ordinandi vasa vel *εἰς τιμὴν* ad decus, vel *εἰς ἀλμύνην* ad dedecus. Resp. Haber quidem potestatem absolute agendi, & jure suo liberrime utendi, ut omnipotens s. *παντοκράτωρ αὐτοκράτωρ*, sed non ipsõ *ἑαὶ* utitur, propter justitiam & bonitatem suam. Caterum de dicto isto Paulino fufius p. a. disputavit Venerandus Theologus D. Hulsemannus, it. D. D. Joh. Major, P. P. & Superint. Jen. ann.

ann. 1616. Confer Amplifs. D. D. Augusti Varenii Disp. IX. super Epist.
ad Rom. in h. l.

§. 14. Confirmatur (V) à licita moris petitione, quâ pii sancto de-
siderio calamitosa ac laboriosa hujus vitæ terminum optant maturum,
vel ex desiderio quietis à laboribus & ærumnis, Exemplio Eliæ I. Reg.
XIX, v. 4. dicentis: *Nunc sufficit Domine, tolle animam meam; & radio*
peccatorum, mundanæq; vanitatis, Rom. VIII, 24. vel ex desiderio viden-
di Deum, quod Paulum tenebat ἐχούσα Πιπυμίαν εἰς τὸ αἰετῶσαι καὶ οὐ
χρῆσι εἶναι. Phil. I, 23. & Augustinum Hipponensem (citante D. D. Feur-
bornio, Fasc. V. Disp. ult. th. 43 pag. m. 289.) dicentem: *Dissolve me,*
Oro Domine, à vinculis, quibus constrictus teneor, ut relinquens omnia ista, tibi
festinem, tibi soli inheream, tibi soli intendam. Item in Soliloquiis C. I. *Eja,*
Domine, moriar, ut te videam. Nolo vivere, volo mori: dissolvi cupio & esse
cum Christo. Mori desidero, ut videam Christum, vivere renuo, ut vivam cum
Christo. Per l'ultra D. D. Balduini disp. in cap. I. ad Philipp. Q. VI. Inte-
rim monent Theologi, peti quidem posse mortem, sed cum conditio-
ne, h. e. juxta voluntatem divinam, Exemplio B. Martini, Episcopi Turo-
rensis, qui jamjam finiturus vitam, voluntatem divinam spectandò, ora-
vit h. m. *Domine, si adhuc populo tuo sum utilis, non recuso laborem; sin mi-*
nus, fiat voluntas tua. Confer D. D. Gerhard. Tom. 8. LL. CC. tr. I. c. 7.
ch 67. *Dices: Bene hoc additur, semper enim hominum voluntas sub-*
ficienda est voluntati Dei fatali? Resp. Voluntas Dei circa terminum
vitæ humanæ non fatalis vel absoluta, sed certa conditione conclusa,
respicit enim Deus vel communem ordinem, vel ipsorum hominum
utilitatem, vel aliorum, quibus usui esse possunt.

§. 15. Confirmatur (VI) à notabilium aliquot exemplorum, certæ
ac præstabilis hypotheseos observationem ὀφθαλμοφανέως experimenti-
um, inductione. Act. XXVI l. v. 31. *Nisi socii Navales, inquit Paulus ad Cen-*
turionem, in navi manserint, vos servari non potestis: & sic mortem anti-
cipabitis. Ubi vides, Deum quidem donasse Paulo comites suos nava-
les, sed quomodo? non certè ἀπλῶς absolutè & simpliciter, sed
συνεπιπλωσ, cum luculenta hypothesi, ut manerent in navi. Si enim
non mansissent, procul dubio suâ culpâ perituri, sibi ipsis vitæ suæ li-
mitem posuissent, ut supra indicatum. Eodem modò & NOS sic cave-
amus, quæ vitæ decurtationem secum ferunt, non statim moriendo,
vitam terminabimus: Secus est, si contraria fecerimus. Sic quoq; Gen.
XIX;

XIX. illustre reperitur Exemplum de obedientis *Loti* liberatione ex conflagratione Sodomorum, & inobedientium *generorum* internecone, *uxorisq;* metamorphosi. Considera textum, & videbis apertas conditiones: *hujus* impiam cum diffidentia retrospectationem vers. 26. *issorum à mensura* & petulantiam vers. 14. *illius* vero, ut & *Filiarum* timorem erga Deum & obsequium. Unde Jerem. XXI. vers. 8. 9. Jehovah dicit: *Ece, propono vobis VITAM & MORTEM.* Qui desiderat in urbe hâc, morietur: qui autem egressus fuerit, vivet. Confer. 1. Sam XXIII vers. 11, 12, 13, de egressu *Davidis* ex *Kehila*, &c. Plura brevitati studens prætereo. Nec est, quod reponas Exemplum *Ananiae* *Prophetae* Jerem. XXII, 15, qui mortuus sit ex statuto div. adeoq; terminum ab absoluto Dei decreto dependere, Siquidem Resp. contrarium potius evinci è loco isto, eum versu subsequenti 16. recensentur peccata ejus, & additur ratio hæc: *Moriturus es tu hõc anno; quia apostasiam suavisti contra Jehovah.* Vides igitur hîc, Pseudopropheta perisse, non ex absoluto Dei decreto, sed *ἕνεκεν τοῦ ἁμαρτωλοῦ* peccati grandis, eò quod contra Dominum locutus esset.

§. 16. Munitur VII. à *Medicinae* ordinatione. Tanta enim est illius dignitas, tanta efficacitas, ut eam ipse DEUS nobis ad tuendam nostram sanitatem & ægritudinem depellendam commendet, quando se ipsum proficitur Medicum Israelis. Exod. XV. vers. 26. Quod & *Syracides* (cujus Scripta, quamvis non censeantur in SS. Literarum Canone, magni tamen æstimanda) comprobat in Ecclesiastico suo Cap. XXXVIII. à vers. 1. ad 17. asserens, Medicum à Deo altissimo propter necessitatem, (confer. Math. IX, 12. *Ἄγροτὶ ἰατροῦ ἔχεται, ὅπου ἔστιν ἰατρικὴ*) esse creatum & scientiâ sanandi donatû &c. Unde tale nestimus argumentum: Positò absolutò & simpliciter indeclinabili de hora mortis decretò, supervacaneum est Studium curandæ valetudinis & remedium adhibendorum: Sed hoc non est frustraneum: Ergò nec illud absolutum sine declinabile simpliciter. Connexionem *Majoris* legitimam ostendo ita: Id quod est simpliciter indeclinabile, non potest ullis mediis aut studiis humanis declinari: Decretum Dei circa Terminum vitæ per te absolutum, est tale: Ergò &c. Porro, si nullis mediis potest declinari, quid tûm medicamina prosunt? potius obsunt. *Minor* evincitur ex hæcenus dictis, & constat ex Experientia, quæ sæpe fugientem animam convenientibus mediis ac remediis sisti, vitamq; poene invitam retineri docet.

§. 17. *Objicit:* neq; Medicus, neq; Medicina adversantur absoluto Dei decreto, quippe Subordinata. Nam Deus ut *ἀλλοῦν ἡγεμονικῶν* Cau-

la Suprema principalis, agit auxiliantibus causis mediis instrumentalibus. Unde qui disponit de fine, sapienter quoq; de mediis ad finem ducentibus. Resp. Dei providentiam infinitò modo superiorem ac validiorem vi mediorem, pie agnoscimus; sed & Deum suo influxu mediis illis vim absolute inferre, viresq; a gris sanandis idoneas ab illis ordinariè auferre, negamus. Deus uti nec agrid, ordinariò suæ Providentiæ cum causis Secundis concursu, liberam hunc vel illum Medicum eligendi, vocandi; potestatem surripit, nec Medico vocato animum ad illos sanandos propentum adimit; ita quoq; nec herbis salubribus *δύναμις ἐνεργητικῆ* h. e. naturalem virtutem à creatione inditam eripit, nec artem Medici destruit, sed ductu suo dirigit. Regeris: dirigere illum fatò suo seu decreto absolute, juxta quod, dum vult hunc illumve convalescere, convalescet æger, quòcumq; modò se habeant media s. instrumenta. Resp. Si sic, quam tùm laudem merebitur Medicus, quam æger? cessat certe laus & reprehensio, præmium & pœna tam ægri, quam Medici, & sic tota perit Medicinæ dignitas & efficacia, quam tamen laudibus haud vulgaribus, ut paulò antè ostensum, ornant Sacræ Literæ. Nam si absolute stata vitæ periodus, in neutrius potestate fuit aliter agere, cum tamen æger poterat Medicum adhibere, & non adhibere, sobriè vivere & non vivere; Medicusq; poterat arti suæ invigilare & non, seriam ægri curam gerere, & non, sanà & morbo profligandò accommodam portionem propinare & non propinare &c. juxta utriusq; liberum voluntatis arbitrium, quod Dei decreto non inhietur. Instas: Voluntas tùm ægri tùm Medici, manet quidem libera respectu nostri, quia neutri constat de divino decreto, quoad determinatum vitæ limitem, ideoq; facit uterque suum officium, nec sollicitus est de decreto divino, quod à nullo homine penetrari queat. Resp. Iple Deus, ut agens liberissimum, voluntatem hominum liberam ordinavit, & Providentia divina ordinariè includit activitatem causarum Secundarum, tùm Physicarum, tùm voluntariarum. Confer D. D. Hunnium Tr. de Provid. Dei. Deindè quia ex hypothese istius sententiæ constat, non posse aliud nec aliter quid accidere aut fieri, quam quod decretum est, ut accidat aut fiat; nulla sive in medico sive ægro reprehensionis causa erit. Deniq; sequeretur ex ista hypothese, debere tùm Medicum, tùm ægrum esse sollicitos ex officio, ut certò cognoscere studeant divinum de fatali limite decretum: & sic intermittere propagandæ vitæ curam, quæ positò Dei decreto absolute, planè supervacanea ac frustranea sit.

S. 18. Munitur VIII. à divina Piorum precum exauditione, quâ piis vita dilata-

dilatatur, impiorum diebus abbreviatis. Fitq; vel *respectu nostrum ipsorum* Syr. XXXIX, 9. *Kili in tua invaletudine ora Dominum & ipse curabit te.* Exemplo Regis Hiskie Esa. XXXVIII, qui, postquam vitæ suæ prorogationem à Deo periisset devota supplicatione v. 2. & 3, legitur à Deo exauditus, impetratâ miraculosa à morbo lethali liberatione, & quindecim annorum additione, v. 5. vel *respectu aliorum*, ut patet *γενικως* ex Jacob. V, v. 14, 15, 16. *ειδικως*, Exemplo orantis ac supplicantis Davidi II. Sam. XXIV, qui precibus suis obtinuit, ut pestis ab Israele cohiberetur v. 25. ult. Confer Phil. II, v. 27, II. Cor. I, v. 10. II. Item Actor. XXVII. Unde pro prorogando vitæ Termino colligimus: Si Deus piorum preces pro vitæ prorogatione exaudit, sequitur, quod Terminum absolutè inexorabilem hominibus non præfiniverit. Antecedens est verum ex prænominationis: Ergo & consequens. *Vel ita*: Decreta Dei absoluta, non habent respectum ad preces: At Finis vitæ habet respectum ad preces, *ἄνευ ἐδῆ δαζου*: Ergo Finis vitæ non dependet ab absoluto Dei decreto.

§. 19. *Urgent* hic quidem Antagonitæ, preces non eò fine adhiberi, ut per hæc quasi impedimenta mutantur decreta Dei, & destinatus providentiæ cursus inhibeatur: Sed ut obsequium divinæ legi præstando & consuetum providentiæ ordinem observando Conscientia tranquilletur & spe bona impleatur. *Verum* frustra; nam decretum quâ decretum, precibus mutari, quis nostrum unquam hoc dixit? Novimus Deum *ὑποδῶς καὶ αἰολογηκῶς* cum decretis suis immutabilem, novimus quoq; eundem esse agens liberrimum. Nec conditione piarum precum mutatur Dei decretum *κατ' ἑσω* ad intra, sed mutatio fit tantum *κατὰ τὸ ἔξω* quoad contingentiam *αἰνεκταρῶν* I. Objectorū externâ. Perlustrâ D. D. Christiani Matthiæ Coll. II. Antiphot. Exerc. III. & IV. pag. (mihi) 137, 140, contra Vorstium. Item à pag. 187. ad 194. Cæterum, inter bona à DEO exoranda esse quoq; *μακροβιοτήτα* expressè juxta promissiones divinas, Sect. II. Theor. II. ostensum, cum quo confer. Pl. Venerandi Dn. Præsidi Colleg. Theol. nup. hab. Cap. XX. de Noviss. th. 8. Q. 4.

§. 20. Munitur IX. à *licita ad evitandum pericula vitæ cautione & circumspeditione*. Uti enim plurimi exitialem vitæ Terminum propriâ culpâ ac temeritate sibi accelerant; ita, si recta ratione ac prudentiâ à Deo inditâ usi fuissent, præcavere ac prolatare eundem potuissent. Sic audimus & videmus multos *hic* bruto impetu in bellum sine vocatione ruentes, &c; *Istic* helluantes, potantes, scortantes; *Ilic* furantes, la-

trocinantes, alios trucidantes, & sic capitali supplicio affectos, vel vene-
 na hauriendo, furore aut desperatione se ipsos strangulandò, aquis sub-
 mergendo, ex alto præcipitando, (& quis omnia genera possit compre-
 hendere?) miserabili morte perire. *Quod si jam tales vitæ suæ limi-
 tem, quem, si in terminis pietatis per gratiam mansissent, prolongare ex
 gratia potuissent, lamentabilem sibi ipsis malitiâ propriâ posuerunt;*
*justa sequela est, Deum non absolute præemptoriò decreto eundem de-
 finivisse: At Prius teste Experienciâ verum: Ergo & Posterius. Neque
 enim DEUS ad malas hominum actiones concurrit præordinando*
ἀκαθάρτων, cui pœna debeat, consentibus ipsis adversariis. Confer
Accuratils. D. D. Graweri, Absurd. Calv. Cap. V de prædest. Nec est
*quod obvertas, Deum juxta æternam προνοίαν s. prævisionem ita præ-
 destinasse cujusq; vitæ exitum. Siquidem Respond. aliud esse re-
 spectum προνοίας & infallibilitatis: aliud respectum absolute ac vi-
 olentæ necessitatis. Nam vera infallibilitas, inquit D. D. Fewbornius*
*Fasc. V. disp. VI. §. 45. p. m. 262. non statim est simplex necessitas, & qui-
 dè ex absoluto Dei fato proficiens, sed ut Deus omnia disposuit certò ordine in
 mundi principio, relinquendo sc. naturæ viribus cursum suum liberù; sic
 etiam certo ordine cuncta gubernat: qui ordo in tota natura viget & simplici
 necessitati rectè opponitur. Aliud est constituere pœnâ intuitu anteceden-
 tium peccatorum; aliud præordinare quid æternò ac simpliciter neces-
 sitante decretò. Repete Sect. II. Theor. V. Item Sect. III. §. 5.*

§. 21. Munitur deniq; X. ab absurdorum, ex fato circa Termi-
 num vitæ absolutò pullulantium, consideratione. Nam affirmativa ista de
 hora mortis simpliciter & absolute fatali Sententia, in Deum pariter
 & homines est injuriòsa ac contumeliosa. IN DEUM, qui simpliciter sta-
 tò vitæ Terminò, statuitur Author multorum malorum, ob quæ ma-
 lefici ignominosè pereunt, quippe causa eausæ etiam est causa causari.
 Sumamus exemplum ab ἀυτοχρησία vel Saulis i. Sam. XXXI. vers. 4. vel
 Achitophelis II. Sam. XVII. vers. 23. vel etiam Judæ Iscarioris Math.
 XXVII, 5. &c. *Quod si isti ἀυτοχρησία ex absoluta necessitate decreti
 æterni violentas manus sibi ipsis intulerunt, positâ fatali vitæ metâ; non
 potest non sequi, eos à Deo ad hoc vel illud tremendum facinus esse
 coactos & prædestinatos, & sic culpâ carentes inexcusabiles esse.*
*Si n. inevitabilis est pœna, erit etiam inevitabilis culpa, propter quam
 malefici ad illum violentum mortis terminû rapiuntur, ita ut quisq; di-
 cere possit: ἐγὼ οὐκ ἄντιστοιχῶ εἰς ἀλλὰ ζῆος καὶ ποίεω. Obvertis; non co-
 actè*

actū factum, sed liberē. Resp. Ergo non simpliciter necessitante decretō,
cui resistere nullus hominum potest. Confer. Theologi Gravverii Absurd.
Calv. Cap. V. de præd. p. m. 201. & seqq. Porro: Stante hâc affirmativa sen-
tentiâ, fit Deus, quod absit! dissimulator, frustra promittens piis
μαρτυροῦσθαι, frustra interminans impiis βραχυβιότης, Confid.
Sect. II. Theor. II. & III. Et tandem *deniq;*: Stante hōc fatuō fatō privatur
Deus justitiâ & benignitate sua. Profecto non potest dici Φιλάνθρωπος
seu *bonus*, qui absolutō ac simplici decretō ad infamem & atrocem
mortē prædeterminat ab æterno; nec *justus*, cujus est: *suum cuiq;* *tribuere*,
nec ullum rapere ad atrocis mortis genus, sine respectu ad scelera li-
bere commissa; Sed Tyrannus (horreſeo scribens) puniens v. g. Servum
quempiam eam ob rem, ad quam non sponte sua, verum vi & imperiō
Domini est pertractus. Quod de benignissimo nostro Deo sentire
nefas est, Adi Gerhard. tr. de Gloria Dei, Disp. V.

§. 22. Cæterum quod attinet argumenti hujus *alterum* mem-
brum, esse scilicet absolutum circa terminum vitæ decretum etiam IN HO-
MINES injuriosum, demonstrabimus hōc modo: Quicquid enim 1. hu-
manam tollit Libertatem, 2. media vitæ conservandæ & mortis præca-
vendæ facit frustranea, adeoq; homines reddit Securos, imò 3. Scele-
ribus ac desperationi januam pandit &c. illud *in homines* est injuriosum:
Simplex Dei, quod fingunt circa term. vitæ decretum hoc efficit: Er-
go &c. *Propositionem* nemo Christianorum negabit. *Subsumptionem* con-
firmo, siquidem humanâ voluntate antecedenter vi decretorum im-
mutabilium simpliciter à Deo determinatâ, homo utiq; ex se non habet
indifferentiam seu libertatem operandi & non operandi, item ope-
randi hoc vel illud, positis omnibus ad agendum requisitis. Possunt
hæc illustrari *Exempl.* Adami Protoplasti; item hominum malitiosorum
& ἀνοφύων. Confer. D.D. Mauritium tr. de Fato §. 47. & Franc.
Svarez, tom. 1. Metaph. Disp. XIX. *Deinde* 2. hominem reddi Securum,
ostendim⁹ inde, quia absoluta vitæ termini constitutio tollit intuitum &
ordinationem mediorum, unde frustra præcaves, quæ vitare non po-
tes; Frustrâ operam navas, ut vitam precibus, aliisve pietatis operi-
bus amplifices, si vitæ spatium immutabiliter est præstitutum. Id quo-
tidie experimur in Militibus non paucis, qui desertis uxoribus ac li-
beris, sine vocatione sequuntur castra, opinione hâc dementati: Si
fata me volunt mori, moriar; sin vivere, vivam, s. hic salibi, quôquo mo-
dô me geram. *Tandem* quoq; 3. fores ad nequitiam & desperationem
aperire diximus, Nam scimus, Diabolum esse *μυελοτεχνίτην*. Quidni er-
go ho-

gò homini, fatalem vitæ terminum credenti, imaginari ac persuadere possit, cum esse ad ignominiam seu horrendum mortis genus ab aeterno prædestinatum: Exemplum satis luculentum legitur Scriptore Anonymo, apud Amiraldu[m] Calvinistam Cap. X. & XI. quem citat D. D. Mauritius tr. de Fato §. ult. quod nimirum fuerit quidam nomine *Petrus Ilosanus* in Hungaria, qui cum se suspensurus esset, in museo suo scriptum reliquerit: *Se idem cum Calvino de reprobatione sensisse. nempe non agi cum hominibus secundum bona aut mala opera, sed esse occultiores quasdam causas conditionum humanarum, seq[ue]ntes esse formatam in ignominiam, ideoq[ue] etiamsi non ita nequiter vixisset, tamen servari non potuisse istas terribiles iræ divinæ apprehensiones cum sustinere amplius non posset, suspendiò voluntariò vitam suam finivisse? Discedo igitur, ait non nemo, ad lacus infernales, aeternum dedecus Patriæ meæ. DEO vos commendo, cujus misericordia mihi negata est.* Vides hic absoluti fati effectum, horrendum ac tremendum facinus! Quare qui hæc aliave absurdissima vult fugere, fugiat quoq[ue] fontem, necesse est, ex quo illa profluunt. Et hæc præcipua ac palmaria nostra sunt argumenta. Quibus adhuc plura adjicere possem, nisi scirem hanc *κατοκρυφασίων* Decadem sufficere. Cætera publicus nobis suppeditabit conflictus. Obijciunt quidem Adversarii multa Philosophica, quibus finitè Scripturam explicando, affirmativam suam de vitæ termino fatali sententiam, & decretorum cum præscientia divina harmoniam propugnare, sicq[ue] vias Domini nostri curiosè ac scrupulosè inquirere ac metiri conantur; cum tamen non nesciant, DEUM invisibilem ac Spiritualem, habitare lucem inaccessam, 1. Tim. VI. 16. viasq[ue] ejus à ratione nostra pervestigari nullò modò posse 1. Cor II. ità, ut ne D. Paulus quidem, qui raptus fuit in tertium cælum, cognoscere eas potuerit, quando stupore quasi percussus in hæc verba erumpit: *ὡς ἀνεξέρευνητα τὰ κερύματα θεῶ, καὶ ἀνεξήκιστα οἱ ὁδοὶ αὐτοῦ!* Rom. XI. vers. 33. Cur igitur nos miseri homunculi oculis superbis sublimia Dei intueri, mareque illud profundissimum vasculò exhaurire tentaremus? Nos contenti sumus illis quæ Deus nobis per verbum revelare voluit, non curantes quæ non voluit scrutanda. Hunc adoramus in silentio, Spe & timore, qui optimè scit, quid promittat, promissaq[ue] servabit, ac nos tandem in fide ipsum timentes, terminatà ac consummatà hæc fragili vità, perducet ad illam vitam, ubi nullus erit Terminus, sed perpetua duratio Dan. XII. vers. 2. Joh. III. 16. & VI. vers. 40. Quam
qui

qui desiderat, ille hanc quoque de *Termino vitæ* dissertationem terminet Suspirio:
Domine Christe,

*Cum memori sit necesse,
Noli, quaeso, tunc deesse,
In tremenda mortis hora,
Veni JESU absq; mora! Amen!*

*Sequentes MANTISSÆ affines, exercitii causâ
addite, ventilari possunt.*

- I. *Terminus vitæ, quamvis non sit simpliciter fatalis, inde tamen vox
TERMINUS non evertitur.*
- II. *Vivus non - vivus, & mortuus vivus.*
- III. *Mortuus homo, non est homo.*
- IV. *Totus homo moritur, nec tamen partes.*
- V. *Quer. Num accuratè satis dicatur: Is QUI ADHUC VIVIT, MORI-
TUR? Videtur oppositum de opposito prædicari.*
- VI. *Q. Num Mors possit dici separatio animæ à corpore, cum
διάλυσις ista, ut naturâ quid prævium, formaliter anteedit mor-
tem ut consequens?*
- VII. *Q. Quid censendum de BIS MORTUORUM Vitæ Termine?*

Q *Va pauci curant, sistis finalia vitæ,
Sic alii tecum, quod meditentur, habent.*
PRÆSES.

Ad Præstantissimum

DN. FRANCISCUM GUILIELMUM
von Kamshausen / Westphalum,
S. S. Theol. Studiosum Eximium Disputaturum
de *Termino Vitæ.*

T *Erminus vitæ fiet absolute
Numne Fatalis? sed & omnis ille
Nam h' oblitriectus, pietatis atq;
Nominè culpæ?*

*Doctus, ô Varni decus eruditi,
De Rotæ clarâ cathedrâ explicabis.
Terminum vitæ tibi det sat amplum
Gratiæ cæli!*

*Celerr. honori & amori quoddebetis
A. VARENIUS, D.*

Fratri fata dolas, RAMSHAUSI docte, | **sunt indicta DE I decreta valentia nobis,**
 petendo | **Hu parere iuvat, nec temerare licet.**
Causã vitæ quis terminus esse queat? | **Somnet insulsus, producat stamina vitæ.**
Omnibꝫ est vitæ præscriptꝫ terminꝫ aptꝫ, | **Est DEUS extendens, abbreviansq; dies.**
Hunc DEUS indicit, nec superabit homo. | **Maie isthoc studio patriam exhilarare,**
Stoicus inde DEUS procul his moveatur | **parentes,**
ab agris, | **Amplificet vitæ tempora iusta DEUS.**
Qui nullis precibus mobilis esse solet.

In honorem, & singularem benevolentiam pii, & doctissimi
 juvenis, nãc boni ominis causã apponere volui

CHRISTIANUS WOLDENBERGIUS, Crempã-Holzat:
 Phil. J. II D & Decretal. P. P.

In dubiã sanẽ descendu, amice, palastrã | **Non solã pugna, verum tibi tẽpore dulci**
Felix sed pugna terminus esto tibi; | **Sit Itadii finis terminus atq; bonus,**
Et cum Nestoreos tandẽ superaveris annos,
Felix & vitæ terminus esto tibi!

JOANNES BACMEISTERUS, Med. D, Prof. P.
 & Poliater Rostochiensis.

RHAMSKUSI, decus Aonidum, juvenumq; | **Halitus, eloquid ritẽ facere TUO.**
 voluptas, | **Perge (nec invideo), quo TE fert virida**
Cui venã ingenium divitiore fluit. | **Virtus,**
Scilicet ut citiũs vel tardiũs evolet imus | **Sic vitæ, haut famæ terminꝫ ullꝫ erit.**

Ita Per-Eximio ac Eruditissimo Dn. Respondenti, conter-
 raneo & amico suo plurimum colendo, amando, gra-
 tulari voluit

M. JOAN. GEORG. BUSCHIUS, Mindã-Gvestphal.

Ad Pereximium Dn. AUCTOREM, post obitum dilectis. Fratris
de vitæ Terminò publicẽ disputantem.

Ergo peremti terminus pii FRATRIS | **Chartas. AMICE! Paginaq; commendo**
Determinavit termini modum vitæ | **Landoq; mentem. Plura terminus chartæ**
Nos edocentes paginas satis doctas, | **Cum respuat vitæq; terminus Magni**
Et ampliavit terminos tuæ mentis, | **Mei BRABELTÆ, quem dolebo, suspendat,**
Simulq; terminare memet has possit | **Chartas metrumq; claudicantibus claudo.**

M. A. D. Habichtorst, P. L. C.



dilatatur, impiorum diebus abbreviatis. Firq; vel *respectu* n
Syr. XXXIX, 9. *Fili in tua invaletudine ora Dominum* & i
Exemplò Regis Hiskie Efa. XXXVIII, qui, postquam vita
tionem à Deo periisset devota supplicatione v. 2. & 3; leg
auditus, impetratà miraculosa à morbo lethali liberatione
annorum additione, v. 5. vel *respectu aliorum*, ut patet *zevi*
V, v. 14, 15, 16. *εὐδωκῶς*, Exemplò orantis ac supplicantis D
XXIV, qui precibus suis obtinuit, ut pestis ab Israele cohi
ult. Confer Phil. II, v. 27. II, Cor. I, v. 10. n. Item Actor. XX
prorogando vitæ Terminò *colligimus*: Si Deus piorum p
prorogatione exaudit, sequitur, quod Terminum absol
lem hominibus non præfiniverit. Antecedens est verum
natis: Ergo & consequens. *Vel ita*: Decreta Dei absolut
respectum ad preces: At Finis vitæ habet respectum ad pr
δὲ θεοῦ: Ergo Finis vitæ non dependet ab absoluto Dei de

§. 19. *Urgent* hic quidem Antagonistæ, preces non e
ri, ut per hæc quasi impedimenta mutantur decreta Dei
providentiæ cursus inhibeatur: Sed ut obsequium divina
do & consuetum providentiæ ordinem observando Cor
quilletur & spe bona impleatur. *Verum frustra*; nam d
decretum, precibus mutari, quis nostrum unquam hoc dix
Deum *εὐδωκῶς καὶ ἀνολογικῶς* cum decretis suis immuta
mus quoq; eundem esse agens liberrimum. Nec condi
precum mutatur Dei decretum *καὶ ἔσω* ad intra, sed muta
κατὰ τὸ ἔξω quoad contingentiam *ἀνὸς ἐξωθεν* s. Objec
Perlustra D. D. Christiani Matthiæ Coll. II. Antiphot. Ex
pag. (mihi) 137, 140, contra Vorstium. Item à pag. 187
terum, inter bona à DEO exoranda esse quoq; *μακροβιῶ*
juxta promissiones divinas, Sect. II. Theor. II. ostensum, c
fer. Pl. Venerandi Dn. *Prasidus* Colleg. Theol. nup. hab.
Noviss. th. 8. Q. 4.

§. 20. Munitur IX. à *licita ad evitandum pericula vi*
circumspectione. Uti enim plurimi exitialem vitæ Termi
culpà ac temeritate sibi accelerant; ita, si recta ratione ac pr
inditâ usi fuissent, præcavere ac prolatere eundem potuiss
dimus & videmus multos *hic* bruto impetu in bellum su
ruentes, &c; *Istic* helluantes, potantes, scortantes; *III*

E 2



the scale towards document